xxiiij. Et eleuatis manib' ferebat in celuz: ⁊ benedixit eis. idest apostolis ⁊ alijs fidelibus. Ex hoc loco in consuctudinē duxit ecclesia: vt sicut dn̄s ihesus postq̄ oībus peractis ascēdere voluit in celum benedixit fidelibus suis: q̄ sic epi ⁊ ceteri presbyteri peracto diuino officio volentes iam ab altari recedere: dant super ppl̄m benedictionez signantes eos signo sancte crucis: ⁊ imprecantes eis bona in noīe sācte trinitatis). ⁊ sedet a dextris dei. s. conregnās patri in omi equalitate scd̄m deitatē). Illi autē Lyra. scilicet apostoli ⁊ christi discipuli. (profecti) scilicet admandatum dn̄i nostri ihesu christi. (predicauerūt vbiqz) Unde i ps. xviij. In omnē terram exiuit sonus eoꝝ ⁊c. (Domio cooperāte) eos dirigē do ⁊ protegēdo (⁊ sermonē confirmante: sequētibus signis). Hugo super Marcū. Opera miraculorū in exordio ecclesie necessaria fuerunt vt fides miraculis nutriretur: modo non sunt necessaria: qz fides ecclesie confirmata est. Circa presens euangeliū ⁊ super illa verba. Euntes in munduz vniuersum predicate euangeliū omni creature ⁊c. Notandū q̄ scd̄m Thomam de aquino maximū miraculuz christi in terris fuit q̄ per simplices mundū subiecit fidei. quia apostoli fuerunt simplices scd̄m mundū ⁊ pauperes mechanici. scilicet piscatores ⁊c. Et nullus nobilis fuit: nisi sanctus Bartholomeus. Unde hic queritur. Quare non elegit christ' prudentes hui' seculi: scribas qui fuerūt docti in lege: nec diuites. nec potentes. Respondetur propter certitudinem fidei. quia si sapientes seculi elegisset ⁊ misisset ad predicanduz fidem christianam: tunc perfidi ⁊ inimici fidei dixissent q̄ fidem finxissent cum prudentia ⁊ astutia. Si diuites: tunc dixissent qd̄ per dona ⁊ munera homines induxissent ad fidem illam. Si autez potentes ⁊ nobiles: tunc dixissent q̄ per potentiam ⁊ coactionem homines induxissent ad fidem. Sed vt nullum illorum perfidi allegare possent: igitur ⁊ cetera. Unde hic notandum q̄ Christus inter omnes sapientes huius mundi nisi vnum conuertit. scilicet Gamalielem legis doctorem. Et inter omnes diuites solum Zacheum. Et de omnibus nobilibus ⁊ principibus nisi tres Nicodemum. Centurionem. ⁊ regulum. Sed de pauperibus ⁊ simplicibus ⁊ ignobilibus multos conuertit. quia christiani a pauperibus ⁊ simplicibus ortum habuerunt. Unde Apostolus. Uidete vocationem vestram fratres: quia nō multi sapientes scd̄m carnem: nō multi potentes: sed infirma mundi elegit deus.

¶ Dominica post ascensionē domini euangelium scd̄m iohannem. xv. ca.





In illo tpe. Dixit ihs discipłis suis. Cũ venerit paclitus quẽ ego mittã vobis a pře spiritũ veritatis q̃ a pře pcedit:ille testimoniũ perhibebit de me: & vos testimoniũ phibebitis. q2 ab initio mecũ estis. Hec locutus sum vobis vt non scandalizemini. absq3 synagogis faciẽt vos. Sz venit hora vt ois q̃ interficit vos arbitretur se obsequiũ pstare deo. & hec facient vobis: quia nõ nouerũt přez neq3 me. Sz hec locutus sum vobis vt cũ venerit hora eorũ: reminiscamini quia ego dixi vobis.

Postilla.

Cum venerit paraclitus &c. Ioh. xv. Disto. huius euãgelij. facta ẽ anno xpi. xxxiij. ix. kl. aprilis. luna. xiiij. feria. v. scz i cena domini. inditione. vj. Ante initiũ illius euange. scribit sctũs ioh. in eodem caplo q2 xpus dixit discipłis suis. si opera nõ fecissem in eis q̃ nemo alius fecit. peccatũ non haberent: nunc autẽ viderunt & oderunt me & patrẽ meũ: sed vt impleatur sermo qui in lege eorũ scriptus est. Quia odio habuerũt me gratis. Tunc statim sequit euangeliũ hodiernũ. (Cum venerit paraclitus) Postq̃ xps dixerat aptis de iudeis. Si me psequũtur & vos persequent. ne desperent & nimiũ turbent: promisit eis spiritũsanctum mittere. quo confortati oẽs persecutiones vincerent & tollerarent. ergo dicit. (Cum aũt venerit paraclitus) Lyra. idest consolator Bern. dicit. Spũs. i. merentiũ consolator. (quẽ ego mittã vob a pře Ly. in hoc oñdit spiritũsctm a se pcedere inquãtũ dicit se illũ mittere (spũz veritatis) q2 docet vos omnẽ veritatẽ. sed econtrario spiritus malignus docet omne mendaciũ. (qui a patre procedit) Thomas. ex hoc argunt greci spiritum sanctũ tantũ procedere a pře & non a filio: sed hoc non est verum. quia quicquid de patre dicitur conuenit filio. ergo christiani tenẽtur credere q2 spiritussanctus procedit a patre & filio (ille testi-

monium ꝑhibebit de me) Naȝ spiritussanct⁹ testimoniū perhibuit xp̄o in hoc ꝙ ap̄l'os tales fecit ꝙ sciuerūt ⁊ audebāt p̄dicare euāgelium ⁊ fidem xp̄i corā oībus ⁊ itrepide. ꝙ eni hoīes prius illiterati ⁊ simplices de ꝓfūditate scripturaꝝ subito plene loq̄bant̄ ⁊ i oīb⁹ linguis fuit maximū signū ad cōfirmādā fidē xp̄i. (⁊ vos testimoniū ꝑhibebitis). s. p̄dicādo oīb⁹ pp̄l'is (quia ab initio mecū fuistis). Ly. Nō est intelligēdū ꝙ fuerint cum eo in principio vite ei⁹: sed ab initio predicatiōis sue: quādo icepit docere ⁊ miracula facere. (Hec locutus sum vobis) ad cōfortationē vestrā cōtra futuras tribulatiōes (vt nō scādalizemini) scȝ cadēdo per īpacientiā quādo euenient vobis (absq3 synagogis faciēt vos (iam eni iudei cōspirauerūt ꝙ si q̄s cōfessus esset xp̄m extra synagogam eijceret̄. ⁊ talis eiectio de synagoga reputabat̄ magna: sicut apud xp̄ianos eiectio de eccl'ia per maiorē excōicationē. Ergo ip̄a excōmunicatio valde timēda est cuilibet xp̄iano. q̄ꝛ sep̄at a deo ⁊ a sanctis ⁊ a scramētis ⁊ a cōmuniōe fideliuȝ. ⁊ ipse excōmunicat⁹ est q̄si palmes abscisus a vite: vt pȝ ioh̄. xv. Ego sum vitis vera ⁊ vos palmites. (sed venit hora) Gor. Hora ista fuit tēpus p̄dicatiōis ap̄l'orū. (vt oīs q̄ interficit vos arbitret̄ se obsequiū prestare deo) Oīs eni iudeus occidēs xp̄i p̄dicatores putat se obsequiū prestare deo: credens ꝙ desereret deū isrl̄ quicūq3 cōuerteret̄ ad xp̄m: ita fuerunt iudei excecati ⁊ ignorantes. Sed illa ignorātia nō excusabat eos. quia illa ꝓcedebat ex odio ⁊ inuidia cōtra xp̄m ⁊ cōtra doctrinā ei⁹. (hec facient vobis: q̄ꝛ nō nouerūt patrem neq3 me) hoc dicit eis in consolationē. q̄si diceret scd̄ȝ Chriso. Sufficit in cōsolationē hec pati ꝓpter p̄rem ⁊ ꝓpter me. (Sȝ hec locutus suȝ vobis vt cū venerit hora eorū: reminiscamini. q̄ꝛ ego dixi vobis). Ly. Ista eni p̄dixit xp̄s ap̄l'is vt prouiderēt sibi de patientia. q̄ꝛ minus feriunt iacula p̄uisa. vt dicit Grego. Circa p̄ns euāgelium vbi dicit̄. Uos testimoniū ꝑhibebitis. Notandū ꝙ Hugo de prato dicit ꝙ xp̄s habuit testimoniū de omni loco ⁊ ab oī creatura Nā oīa testificata sūt xp̄m suū auctorē esse. naȝ de celo habuit testimonium p̄ris ⁊ sp̄ūsscti. Luce. iij. Descēdit sp̄ūssāctus corpli specie sicut colūba in ip̄m. Et vox p̄ris de celo audita est. Hic est fili⁹ me⁹ dilectus. Mathei. iij. Itē testimoniū angelorū: vt pȝ Luce. ij. Euāgelizo vobis gaudiū magnuȝ: q̄ꝛ natus est nobis saluator. Itē celi: dum ipso orante aperti sūt super eū: protestati sunt ip̄m esse verum deū. Luce. iij. Itē de paradiso ⁊ de limbo patrū habuit testimoniuȝ moysi ⁊ helye: vt pȝ Mathei. xvij. Apparuerūt ei moyses ⁊ helyas. Itē corp̄a sctōꝝ surrexerunt: vt pȝ Mathei. xxvij. Itē demones ei te-

stimoniū reddiderunt: vt p3 Luce iiij. Exibant demonia clamantia ⁊ dicentia: quia tu es xp̄s filius dei viui. Itē de mūdo habuit testimonium. xij. apl'orū. lxxij. discipulorum ⁊ multorū aliorum: vt p3 Actuū. iiij Uirtute magna reddebāt apl'i testimoniū ihesu xp̄o. Item habuit testimoniū ab omni creatura. nam stella noua in sua natiuitate testificata est: vt patz Mathei. ij. Uidimus stellam eius in oriēte. Itē sol obscuratus est in morte eius: protestat᷒ ē eum esse deuz. Luce. xxij. Itē mare dum se solidū p̄buit ip3 cōfessus est. Luce. vj. Itē infernus dum quos tenebat reddidit ipsuz auctorē vite esse protestat᷒ ē. ps. xxiij. Itē terra dum ipo moriēte ⁊ resurgēte tremuit. Itē panes ⁊ pisces duz ad eius iperiū multiplicati sunt ipm esse deuz demōstrabāt vt p3 ioh̄. vj. Opera q̄ ego facio ipa sunt que testimoniū perhibēt de me. Et breuiter oīs creatura p̄ter petōrē qui ipm negat factis testimoniuz xp̄o reddit. Unde apl's ad Tytū. j. Cōfitent̄ se nosse deum factis autē negāt. Peccator quādo q3 pro vno denario negat xp̄m: cum in noīe eius sciēter periurat. Seq̄t̄ hic in euāgelio p̄nti. Absq3 synagogis faciēt vos. Ubi notandū q̄ excōmunicatio maior valde timēda est propter tria. Primo q2 excōmunicat᷒ separat̄ a deo ⁊ ab oībus xp̄i fidelib᷒ tam in vita q̄3 ī morte: sicut palmes a vite: vt p3 ioh̄. xv. Ego sum vitis vera ⁊ vos palmites. Et sicut palmes abscissus nihil valet ampli᷒ nisi ad ignē sic excōmunicat᷒ maiori excōmunicatione. Scđo quia excōmunicatus priuat̄ merito passionis xp̄i: ⁊ oīum sctōrum: ⁊ etia3 oībus missis: oīonibus: elemosynis: ⁊ oīb᷒ suffragijs ⁊ indulgētijs: ⁊ oīb᷒ bonis ecclesie. ⁊ oino ⁊ totaliter remanet nud᷒ ⁊ miser: ⁊ miserabilis ⁊ pauper ⁊ cecus. Et propterea dicit Augu. Nihil debet xp̄ianus sic formidare sicut separari a corpore xp̄i: scilicet per excōmunicationez maiorem. Tertio quia excōmunicatus multos inficit. quia omnes qui participāt ei scienter publice denunciato. Unde dicit in decretis Cōmunicās excōmunicato indebite excōmunicationē incurrit. xj. q. iij. precipue. ⁊. c. siquis episcop᷒. Unde est morb᷒ cōtagiosus sicut lepra: ideo ab hoībus sicut lepra debet vitari. Naz magna infamia est ⁊ vituperiū ab ecclesia expelli vel vitari ab hoībus sicut leprosus. Unde excōmunicat᷒ est magis infamis q̄3 iudeus vel saracenus. quia cum illis habet plus loqui q̄3 cum excōmunicato. Unde dicitur in decretis. pagano plus licet cōmunicare q̄3 excōmunicato. xj. q. iij. ad mensam. Ex iam dictis p3 q̄ periculosuz est cōmunicare excōmunitato. sed pctīs nostris exigētibus de excōmunicatiōe maiori hodie curat̄ modicuz. sed de pti

cipatione eius excõmunicatis qua si nihil curatur. Unde de hoc exẽplum legit̃ q̃ demoniacus interrogatus a quodã an excõmunicatio vel peccatũ plus placeat diabolo. respõdit: excõmunicatio maior. quia per illas plures inficiuntur. et quãdoq3 excõmunicat⁹ ducentos inficit vno die: sicut in cõuiuijs: in iocis: et sic de alijs.

¶ In die sancto penthecostes. Euangeliũ scdm̃ Iohãnem. xiiij.





In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Siquis diligit me sermonem meum seruabit. et pater meus diliget eũ et ad eum veniemus: et mansionem apud eu3 faciemus. Qui non diligit me: sermones meos nõ seruat. Et sermonẽ quẽ audistis nõ est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus aũt spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia: et suggeret vobis omnia quecũq3 dixero vobis. Pacem relinquo vobis. pacẽ meam do vobis: non quomodo mundus dat ego do vobis. Non turbetur cor vestrum: neq3 formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me: gauderetis vtiq3: quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: vt cum factum fuerit credatis. Iam non multa loquar vobiscum. venit enim princeps mũdi huius: et in me non habet quicquam. sed vt cognoscat mũdus quia diligo patrem. Et sicut maudatum dedit mihi pater: sic facio.

¶ Postilla.

¶ Si quis diligit me sermonem meũ seruabit. Ioh. xiiij. Hoc euangeliũ locutus est dñs ad discipulos suos ãno eius. xxxiij. ix. kl. Aprilis. lũa. xiiij. v. feria cene dñi. indictione. vj. Ante initiũ illi⁹ euangelij scribit sctũs iohãnes in eodẽ caplo ꝙ xp̃s dixit discipulis suis. Qui habet mandata mea: ꝛ seruet ea: ille est qui diligit me. qui autẽ diligit me diligetur a patre meo: ꝛ ego diligaꝫ eum. ꝛ manifestabo ei meipm̃. Tũc sequit̃ eũangeliũ hodiernũ (Si quis diligit me) Guilberm⁹. Hodie recolit ecclia illam supabundãtẽ ꝛ excellẽtẽ donatiõeꝫ spũsſcti: q̃ facta ẽ discipłis quinq̃gesima die a resurrectiõe. qñ repleti sunt oẽs spũsctõ. sed qꝛ spũssanctus qui ẽ amor p̃ris ꝛ filij hodie mittit̃: idcirco hodie legit̃ euãgeliũ in quo agitur de dilectiõe quã deus nobis infundit per spiritum sanctũ. (Si quis diligit me) scꝫ affectu: hoc ostendit̃ affectu: qꝛ videlicet (sermonẽ meuꝫ seruabit: ꝛ p̃r meus diliget eum) per qḋ ostendit se vnũ cũ p̃re in essentia (ꝛ ad eum veniem⁹ (Guil. Ergo ꝛ p̃r ꝛ spũssanct⁹ (ꝛ mansionẽ apud euꝫ faciemus) in p̃nti per grãm ꝛ in futuro per glĩam. (Qui nõ diligit me sermonẽ meum nõ seruat) Ly. Tales sunt mundani hoĩes ꝛ pueri. (Et sermonẽ quẽ audistis nõ est me⁹) supple tãtũ (sed eius qui misit me p̃ris. Hec locutus sũ vobis: apud vos manẽs) scꝫ p̃ntia corpali (Paraclitus aũt spũssanct⁹ quẽ mittet pater in nomine meo) Tho. Ad laudem ꝛ glĩam noĩs mei (ille vos docebit oĩa) Ly. idest faciet vos itelligere oĩa que dico vobis. Apl̃i adhuc erant rudes ꝛ in timore positi ex auditu passionis xp̃i. iõ ad verba xp̃i nõ diligẽter attẽdebãt: ꝛ p ↄ̃sequẽs nõ capiebãt ea ad plenũ ꝑpter qḋ dicit grãm spũsſcti postea supplere istum defectũ (ꝛ suggeret vobis oĩa quecunqꝫ dixero vobis) idest ad memoriã vobis reducet oblita. qꝛ apl̃i multa d̃ illis que xp̃s dicebat obliti sunt timore passionis cõcussi (Pacem relinquo vobis) idest iturus ad patreꝫ relinquo vobis pacẽ pectoris in p̃nti (ꝛ pacẽ meã do vobis). i. eternitatis in futuro (nõ q̃uo mũdus dat ego do vobis (q̃si di. nõ do vobis pacẽ mundanã q̃ est breuis. i. ad Thessal̃. v. Cũ eni dixerint pax ꝛ securitas: tũc repẽtin⁹ eis super ueniet interitus. (Nõ turbet̃ cor vestrũ). Ly. idest nõ turbari debetis de recessu meo. i. de morte mea (neqꝫ formidet) Ly. hoc addit eos assecurãdo. qꝛ timebãt mori cum eo. (Audistis quia ego dixi vobis vado) Tho. scꝫ p passionẽ: vt parem vobis locũ (ꝛ venio ad vos) post resurrectiõẽ meã: ꝛ vos illuc introducã. vt pꝫ ioh. xiiij. Si abiero ꝛ ꝑparauero vobis locũ: iterũ venio ꝛ accipiã vos ad meipꝫ: vt vbi ego sum ꝛ vos sitis (si diligeretis me) scꝫ pura ꝛ sincera dilectione ab oĩ carnali abstracta. (gauderetis vtiqꝫ. qꝛ vado) scꝫ ad eius

gloriā (quia pater maior me est) Ly. nō scdm deitatem: in qua filius eius equalis patri est: sed scdz humanitatē in qua fili⁹ est minor patre. (Et nunc) Lho. existens vobiscum passibilis ⁊ mortalis (dixi vobis) scz per passionez vado ad patrem (priusq̄ fiat: vt cū factum fuerit credatis) Ly. scz q̄ tantum sum homo: sed etiā deus qui certi tudinaliter predico futura cōtingē tia qd est propriū ipsius dei. Secundū q̄ dicitur Isaye. xli. Annūciate nobis que futura sunt: ⁊ dicemus q̄ dij estis. (Iam nō multa loquar vobiscū). i. in hoc mortali corpore existēs: quia tēpus sue captionis erat propinquū (venit em̄ princeps huius mundi) Lho. i. diabolus qui principatur amatoribus huius mundi: ⁊ regit eos qui sponte per peccatū se ei subijciunt. venit em̄ in ministris suis ad me capiendū ⁊ ducēdū ad mortem. (⁊ in me nō habet quicq̄). i. nullū peccatū: ⁊ per consequens nullā mortis causaz. quia mors intrauit mūduz per peccatū. ad Romanos. v. (sed vt cognoscat mundus. i. humanū genus (quia diligo patrē) quasi diceret: nō morior quia habeā culpā: sed vt impleaz patris obedientiā: cui⁹ voluntas est vt perficiatur redēptio humani generis: que nō potest compleri ex dei ordinatiōe nisi per mortez meā. (Et sicut mādatum dedit mihi pater sic facio) id est ex obedientia patris libēter subeo mortē.

¶ Circa p̄sens euāgel vbi dicitur. Ad eum veniemus ⁊ mansionem apud eum faciemus. Notādum q̄ Hugo de prato dicit. q̄ apostoli fuerūt pleni spiritu sancto ostendit quadruplici signo. Primū est in tribulatiōibus ⁊ infirmitatib⁹ nō murmurare. Nam vas plenuz nō resonat dū tangit: sed vacuū. Sic apostoli in infirmitatibus nō murmurauerūt. vt patet Luce. x. Ecce ego mitto vos sicut agnos in medio lupoz. ymmo apostoli nō murmurauerūt in persecutiōibus ⁊ tribulationibus: sed gaudebant. vt patet Actuū. v. Ibant apostoli gaudētes a conspectu concilij: quoniā digni habiti sūt pro nomine ihesu contumeliam pati. Unde apostolus ad Romanos. v. Sed ⁊ gloriamur in tribulationibus. Secundū est firmiter consistere. Nam res plena stat firma. Sic apostoli postq̄ spiritū sc̄tū receperunt in fide ⁊ bonis operibus firme steterūt. Naz nec reges nec principes mundi cum tormentis: nec caro propria cum oblectamentis: nec demones cum tēptamentis potuerunt ipsos mouere. vt patet Roma. viij. Quis nos separabit a charitate dei. quasi diceret: nullus. Tertiū est de plenitudine effūdere. nam fons plenus effūdit aquā: sic apostoli tanq̄ plenus fons ⁊ superexcrescens totuz mūdum gratijs ⁊ donis spiritualibus repleuerūt. vt patet Hester. x Fons paru⁹ creuit in fluuiū maxi-

tuũ: ⁊ in aquas plurimas redũdauit. Quartũ est nichil plus recipere. Nã vas plenũ nihil plus recipit: sic apli nichil terrenũ ⁊ a spũ scto alienũ receperũt. vñ nec diuitias: nec honores nec delicias corporis amplius recipere voluerũt. vt patet Mathei. xix. dixit petrus apls. Ecce nos relinquim⁹ omia ⁊ secuti sumus te. Unde etiã apostolus paulus ad Philippen. iij. Omia arbitratus sũ vt stercora: vt xpɜ lucrifacerẽ. ⁊c. Si aũt quis vult scire an spiritu sãcto plenus sit: predicta quatuor in se consideret: ⁊ sic bonã spem habeat ꝙ hodie receperit spũm sctm cũ aplis.

¶ Feria. ij. penthecostes. euãgeliũ. Scdm Johẽm. iij. ca.



In illo tpe. Dixit ihs discipulis suis. Sic deus dilexit mũdũ vt filiũ suũ vnigenitũ daret. vt omĩs qui credit in eum nõ pereat: sed habeat vitam eternã. Non eñ misit deus filiũ suũ in mundũ vt iudicet mundũ: sed vt saluetur mundus per ipsũ. Qui credit in eum nõ iudicatur. Qui autem nõ credit: iã iudicatus est. quia nõ credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc est autem iudiciũ: quia lux venit in mũdum: ⁊ dilexerũt homines magis tenebras ꝙ̃ lucem. Erant eñ opera eorum mala. Omis eñ qui male agit: odit lucem. ⁊ nõ venit ad lucem: vt nõ arguantur opera eius. Qui aũt facit veritatem venit ad lucẽ: vt manifestentur opera eius: quia in deo sunt facta.

¶ Postilla.

¶ Sic deus dilexit mundum. Johãnis. iij. Historia hui⁹ euãge. cõpleta est anno xpi. xxxiij. ix. kl. Aprilis. feria. vi. indictione. vi. lũa xv. Sed dñs hec locutus est anno eius. xxxij. vi. nonas Maij. sabbo. luna. xiij. indictione. v. Ante initiũ illius euãgelij scribit sanctus Johãnes in eodẽ ca. ꝙ xps dixit discipulis suis. Sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filiũ hominis. vt omis q̃ credit in ipsum nõ pereat: sed habeat vitam eternã. Tunc statim sequitur euãgeliũ hodiernũ (Sic deus dilexit mundũ) idest hominem (vt filiũ suũ vnigenitũ daret) I. x. qui est bonũ infinitũ. Ex quo apparet maxima dei dilectio. vt patɜ Roma. viij. Qui proprio filio suo non pepercit sed pro nobis omĩbus tradidit illũ. (daret) Tho nõ vt venderet: sed daret gratis ⁊ l. beraliter nullis meritis nostris exigẽ

tibus est incarnatus ꝛ crucifixus. (vt omnis qui credit in euz) Tho. fide per dilectionē operāte: ꝛ vsq; in finem perseuerante (nō pereat: sed habeat vitaz eternā) Thomas. Modo in spe: sed tunc in re (Non em̄ misit deus) scz pater. (filiū suū in mundū vt iudicet mundū) Ly. scilz in primo aduentu suo. tūc em̄ nō venit iudicare: sed magis iudicari pro mundi salute. Jdeo sequitur. (Sed vt saluetur mundus per ipsum) vt patet Johānis. xiij. Nō veni vt iudicem mundū: sed vt saluificem mundū (Qui credit in eū) Lyra. tendendo in eum per charitatē (nō iudicatur) idest nō habet causam vnde condēpnetur (Qui autē nō credit: iam iudicatus est.) Lyra. idest habet in se causam manifestam sue condēpnatiōis: quia nō credit in nomine vnigeniti filij dei) qui venit pro salute mundi. Nam ad salutem peruenitur p nomē vnigeniti filij dei. (Hoc est autem iudiciū) idest causa dāpnationis (quia lux) Lyra. idest xps qui est lux vera (venit in mundū) scz. carnē assumendo: ꝛ in ea apparēs salutem humani generis operādo (Et dilexerunt homines magis tenebras) Tho. idest delicias carnis ꝛ diuitias mundi (q̄ lucem) idest apertam predicationē xpi arguentem peccata (erant enim opera eoruz mala) Thomas. que a luce discordant ꝛ tenebras querūt. ꝛ ideo dicuntur opera tenebrarꝫ. (Omis enim qui male agit) idest qui malis operibus delectat (odit lucē) que tamen naturaliter om̄ibus est amabilis (ꝛ non venit ad lucez: vt non arguantur opera eius) Tho. Om̄is em̄ qui delectatur in malis operibus subterfugit lucem predicatiōis ꝛ veritatis: ꝛ odit eos q̄ mala sua manifestant ꝛ reprehendunt. (Qui autem facit veritatez) idest opera cōforma volūtati dei. (venit ad lucem) idest in palam (vt manifestent opera eius) Tho. scilicz ad alioꝝ exemplar ꝛ edificationē (quia in deo facta sūt) idest ad gloriā dei. ¶ Circa presens euāgeliū vbi dicitur. Sic deus dilexit mundum. dicit Hugo de prato. ꝙ maxima charitas dei patris ad hominē: quantū ad quatuor demonstratur. Primo quia filiū suuz hominē ꝛ naturam humanā tanq̄ in sponsam sibi accepit. vt cantatur hodie celesti sponso iuncta est ecclesia. Ecce mirabilis amor ꝙ imperator diues: potens ꝛ pulcher: sapiens ꝛ eternus: accepit pauperculam: inualidam: insipientem: ꝛ morte condēpnataꝫ. vt ait apostolus ad Hebreos. ij. Nunq̄ angelos appreh endit: sed semen abrahe. Secūdo in eo ꝙ eundem filiuz postq̄ carnem assumpsit fecit triginta tribus annis seruire hoiem erudiendo ꝛ informando. ꝛ tandē pro ipso redimendo constituit eū mori. Tertio in eo ꝙ hoies sibi in filios adoptauit ꝛ fratres xpi esse voluit. Un̄. j. Joh. iij. Uidete qualē dilectionē dedit nob deꝰ: vt filij

dei nominemur et simus. Quarto quod homines sic redemptos et in filios adoptatos heredes regni sui fecit cum filio suo ihesu christo. Ad romanos. viij. Filij dei sumus: si autem filij et heredes: heredes quidem dei: coheredes autem christi.

¶ Feria. iij. penthecostes.
Euangelium: Secundum Johem. x.



In illo tempore, Dixit ihesus discipulis suis Amen amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium sed ascendit aliunde ille fur est et latro. Qui autem intrat per ostium: pastor est ouium. Huic ostiarius aperit: et oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim et educit eas. Et cum proprias oues emiserit: ante eas vadit: et oues illum sequuntur: quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis ihesus. Illi autem non cognouerunt quod loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum ihesus. Amen amen dico vobis: quia ego sum ostium ouium. Omnes quotquot venerunt ante me fures sunt et latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium: per me si quis introierit saluabitur, et ingredietur et egredietur: et pascua inueniet. Fur non venit nisi vt furetur et mactet et perdat. Ego veni vt vitam habeant: et abundantius habeant.

¶ Postilla.

¶ Amen amen dico vobis. etc. Johannis. x. Historia huius euangelij facta est anno christi. xxxij. vi. Kl. Octobris. sabbato. inditione. v. luna xij. Ante initium illius euangelij scribit sanctus Johannes in precedenti cap. quod christus dixit. In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident videant: et qui vident ceci fiant. Et audierunt quidam ex phariseis qui cum ipso erant et dixerunt ei. Nunquid et nos ceci sumus. Dixit eis ihesus. Si ceci essetis non haberetis peccatum. Ly. quia si non vidissent opera christi haberent aliquam excusationem de hoc quod non crediderunt. Nunc vero dicitis quia videmus: peccatum vestrum manet. id est aggrauatur. Tunc statim sequitur euangelium hodiernum. (Amen amen dico vobis) Thomas. id est in veritate dico vobis. (qui non intrat per ostium). i. per me humilem et pauperem (in ouile ouium). i. congregationem fidelium: et in ecclesiam dei in qua grex diuinitus continetur (sed ascendit aliunde) siue per pecuniam: siue per falsam iusticiam: siue per violentiam (ille fur est) rapiendo quod non est suum (et latro) re

tinendo quod rapuit. Lyra. Hoc faciunt mali homines statū prelationis indebite assequētes. (Qui autē intrat per ostiū) idest p xp̄m (pastor est ouiū. huic ostiarius aperit) Lyra. idest sp̄us sanctus reuelat veritatē vt sciat oues pascere (⁊ oues vocem eius audiūt) Lyra. idest doctrinam recipiūt. (⁊ p̄prias oues vocat nominatī) idest certissime nouit dn̄s qui sunt eius Et vocat eas nō solū voce exterioris predicationis: sed interne inspirationis (⁊ educit eas) Lyra. de tenebris ignorātie. (Et cū proprias oues emiserit ante eas vadit) per exempla bonoꝝ opeꝝ (⁊ oues illū sequūtur) scʒ exempla ⁊ vestigia sui pastoris (quia sciunt vocē eius) per inspirationes diuinas. (Alienū autē nō sequūtur) scʒ qui est alienus a deo vita ⁊ doctrina: sicut est hereticus ⁊ quilibet peruersus doctor. (sed fugiūt ab eo: quia nō nouerūt vocem alienoꝝ) idest nō approbauit nec sequūtur Gor. Isti alieni sunt pseudo prophete: de quibus dicitur Mathei septimo. Attendite a falsis p̄phetis qui veniunt ad vos in vestimētis ouiū: intrinsecus autē sunt lupi rapaces (Hoc prouerbiū dixit eis ihesus: illi autē nō cognouerunt quid loqueretur eis) Tho. i. nō intellexerūt quis esset pastor: quis fur: ⁊ que oues. (Dixit ergo eis iterū ihesus. Amen amen dico vobis: quia ego sum ostiū ouiū) per quod intrant oues ad fidem. Omnes quotquot venerunt ante me) Thomas. scilicet ex se: nō missi vel nō inspirati a deo (fures sūt) rerum ⁊ dignitatū (⁊ latrones) animarū: quia eas occidunt per falsam doctrinā. (Ego sum ostiū: p me si quis introierit) scʒ in ecclesiam ⁊ societatē fideliū (saluabitur) per gratiam (⁊ ingredietur) scʒ ad cōtēplationē deitatis (⁊ egredietur) scʒ ad considerationē gloriose humanitatis in xp̄o (⁊ pascua inueniet) quia vtraq; consideratio erit delectabilis ⁊ iocunda. vt patʒ Isa. xxxiij. Regem in decore suo videbūt (fur) idest quicūq; per me nō ingreditur (nō venit nisi vt furetur) idest vt sibi vsurpet dominatū ⁊ honorem in plebe (⁊ mactet) per falsam doctrinā (⁊ pdat) idest mittat in dānationem eternā (Ego veni vt vitam habeāt (Tho in presenti per gratiā (⁊ abundantius habeant) in futuro per gloriā Unde apostolus prima Corin. ij. Oculus non vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit q̄ preparauit deus his qui diligunt eum. ¶ Circa presens euangeliū vbi dicitur. Per me si quis introierit. Notandū q̄ Hugo de prato dicit q̄ xp̄s dei filius propter nostram salutē quatuor itinera peregit. Primū fuit de celo in terrā veniendo quādo carnē assumpsit de gloriosa virgine maria. vt habet Iohis. xvi. Exiui a patre ⁊ veni in mundū. Et hoc iter fuit penosum quia penalitates humane nature

assumpsit. vt patet Isaye. liij. Ue∕re languores nostros ipse tulit: ⁊ dolores nostros ipse portauit. q: hic in mundo triginta tribus an∕nis vixit ⁊ nunq̄ risit. Secundum iter fuit de mūdo ad inferos descē dendo: quando sedentes in tenebꝛis visitauit. ⁊ hoc fuit iter victorio∕sum: quia portas inferni confre∕git. Tertiū fuit de inferno ad mun dum redeundo: quādo confractis inferis cū magna preda a mortuis resurrexit. Quartū fuit de mundo ad celū ascendendo: quādo in die ascensionis videntibus apostolis eleuatus est: ⁊ nubes suscepit eū ab oculis eoꝝ. ⁊ hoc iter fuit val∕de gaudiosuꝫ. Unde ps. Ascendit deus in iubilatione: ⁊ dominus in voce tube.

¶ Feria. iiij. penthecostes.

Euangel. Scdm̄ Johem. vj.



In illo tp̄e. Di∕xit ih̄s turbis iu deorum. Nemo potest venire ad me: nisi pater q̄ misit me traxerit eum. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Scriptum est in prophe∕tis. Erunt om̄es docibiles dei Om̄is q̄ audiuit a patre ⁊ di∕dicit venit ad me: non quia pa trem vidit quisq̄ꝫ: nisi is q̄ est a deo: hic vidit patrem. Amē amen dico vobis: qui credit in me habet vitam eternā. Ego sū panis vite. Patres vestri manducauerunt manna in de serto ⁊ mortui sūt. Hic est pa∕nis de celo descēdens: vt si q̄s ex ipso manducauerit non mo riatur. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: vi uet ineternū. Et panis quem ego dabo caro mea ē pro mū∕di vita. ¶ Postilla.

¶ Nemo potest venire ad me Johānis. vi. Historia huius euan gelij facta est anno xp̄i. xxxij. xviij kl' Maý. feria. iij. luna. xxiiij. indi∕tione. v. Ante initiū illius euāge∕lij scribit sanctus Johānes in eo∕dē capitulo. q̄ iudei murmurauē∕runt de illo verbo qd̄ xp̄us dixit. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Et dicebant. nōne hic est ihesus filius ioseph: cuiꝰ nos no uimus patrem ⁊ matrem. quomo do ergo dicit hic: quia de celo de∕scendi. Respōdit ergo ihesus: ⁊ di∕xit eis. Nolite murmurare inuicē. (Nemo potest vēire ad me (Tho. per fidem credēdo ⁊ amando (nisi pater meus traxerit eum) idest ad iuuet eum per gratiam suam. No tandū est ergo scdꝫ Thomā. q̄ pa ter om̄es trahit: quia om̄ibus of∕fert gratiā. non tamen om̄es tra∕

buntur vel veniunt ad christum. quia et si omnibus offeratur gratia non tamen eam omnes accipiunt (et ego resuscitabo eum in nouissimo die) Lyra. quia non est anima ad plenū beata donec fuerit corpori reunita. (Scriptū est in prophetis. Erūt omnes docibiles dei) Thomas. idest capaces diuine doctrine (Omis qui audiuit a patre) scilicet diuinas inspirationes percipiendo. (et didicit) eas sequendo (venit ad me) per fidem formataz in presenti: et per gloriam in futuro. (Non quia patrem vidit quis q̃: nisi is qui est a deo) scilicz filius qui naturaliter procedit a patre. Amen amen dico vobis: qui credit in me habet vitā eternā) Tho. idest meipsum qui sum vita eterna. (Ego sum panis vite) quia ille est verus panis qui potest preseruare a morte et dare vitam eternam. talis panis est xp̄s. (patres vestri manducauerūt manna in deserto) per quadraginta annos. vt habetur Exodi. xvi. Deutero. viij (et mortui sunt) omnes corporali morte (Hic est panis de celo descendens) per incarnationē quem prefigurabat māna (vt si quis ex ipso manducauerit) scilicet digne. (non morietur) Thomas. in presenti per culpam: et in futuro per eternam penam. (Ego sum panis viuus) idest viuificans comedentem (qui de celo descendi) vt essez panis hominū qui eraz panis angelorum. (Si quis manducauerit ex hoc pane viuet ineternū) quia iste panis in manducantem nō cōuertitur: sed eum in se conuertit. Scdm q̄ dictū est beato Augustino. Nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tue: sed tu mutaberis in me. (Et panis quem ego dabo caro mea est) ipsa enim caro christi et ipse totus christus ibi veraciter continetur secundū deitatem corpus et animam.

In octaua penthecostes. Euāge. Scdm Johānem. iij.





In illo tpe Erat homo ex phariseis nicodemus nomine princeps iudeorũ: hic venit ad ihesum nocte: et dixit ei. Rabbi: scimus quia a deo venisti magister: nemo eñ potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cũ illo. Respõdit ihs et dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo: nõ potest videre regnũ dei. Dicit ad eum nicodemus Quomodo potest homo renasci, cũ sit senex. Nunquid potest in ventrẽ matris sue iterato introire et renasci. Respõdit ihs. Amen amẽ dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: non potest introire in regnũ dei. Quod natũ est ex carne caro est: et qđ natũ est ex spiritu: spũs est Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spũs vbi vult spirat et vocẽ eius audis: sed nescis vnde vẽiat aut quo vadat. Sic est omnis q̃ natus est ex spiritu sancto. Respondit nicodemus et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri. Respõdit ihesus et dixit ei. Tu es magister in israel et hec ignoras. Amẽ amẽ dico tibi: quia quod scimus loquimur: et qđ vidimus testamur: et testimoniũ nostrũ nõ accipitis. Si terrena dixi vobis et non creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis. Et nemo ascẽdit in celũ nisi qui descendit de celo: filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentẽ in deserto: ita exaltari oportet filiũ homis. vt omnis qui credit in ipsũ nõ pereat: sed habeat vitã eternam.

Postilla.

Erat homo ex phariseis nicodemus noĩe. Johis. iij. Historia huius euãgelij. facta est anno xpi xxxi. xvi. Kl' Maij. feria. iiij. indictione quarta. luna. v. Ante initiũ illius euãgelij scribit sanctus Johes in precedẽti capitulo. Cum ihesus esset hierosolimis in pascha in die festo: multi crediderũt in nomine eius videntes signa eius que faciebat. Tunc postmodũ sequitur euangeliũ hodiernũ. (Erat homo ex phariseis) Iste eñ fuit vnus illorũ de quibus dicitur Johãnis. ij. q multi crediderũt in ihesuz videntes signa que faciebat: sz propter iudeos nõ cõfitebant vt de syna

goga nō eijcerent.(ex pharifeis). Tho. Hec fecta erat pbabilior et honorabilior inter oēs fectas iudeor.(nicodem⁹ noīe)ipe eni poſt modū fepe iuit ad xp̄m.vt habet Joh.xix.(princeps iudeorum)fuit eni magn⁹ inter iudeos et honora tus(hic venit ad ihm nocte)timuit eni venire in die ne icurreret in dignationē iudeorū q̄ iaꝫ cōſpirauerāt.Joh.ix.vt ſiq̄s eū cōfiteret xp̄m extra ſynagogā fieret(et dixit ei.Rabbi ſcimus q̄ a deo veniſti magiſter)Ly.i.certum eſt mihi q̄ tua doctrina ē vera et a deo data et nō humanit⁹ cōficta.(Nemo pōt h̄ ſigna facere q̄ tu facis niſi deus fuerit cuꝫ eo. Rn̄dit ieſus et dixit). Ly.hic ponit xp̄i rn̄ſio.q̄ videbat Nicodemū fideliter et veraciter q̄rere doctrinā q̄tuꝫ ad ſecreta fidei.et ideo incepit a p̄mo ſacr̄o.ſ. baptiſm⁹:q̄ eſt regeneratio ſpūalis:et per oīa neceſſaria ad ſalutē. (Amē amē dico tibi niſi quis renatus fuerit denuo(.i.iterū per generationē ſpūalē(nō pōt videre regnū dei).Ly.Uiſio eni dei non pōt hoībus cōpetere niſi per grām. et ad hanc grām cōſequēdā requirit generatio ſpūalis per quā hoīes fiunt filij dei:et per cōſequēs ıhere des vite celeſtis.(Dicit ad euꝫ Nicodemus.quō poteſt hō renaſci cuꝫ ſit ſenex.nunq̄d poteſt in ventrem ſue matris iterato introire et renaſci.).q.d.non.quia quātitas nō p̄mittit.(Rn̄dit ieſ⁹. Amē amē dico tibi niſi q̄s renatus fuerit ex aqua et ſpūſctō.).q.d.Lu de carnali generatione itelligis que ego d̄ ſpūali generatiōe dico.niſi q̄s renatus fuerit ſpirituali generatiōe que fit ex aqua et ſpūſctō(nō pōt introire in regnū dei).Ex hoc habemus q̄ baptiſmus eſt quedam ſpūalis generatio.et eſt p̄mū ſacramentū et ianua oīum ſacramētorum.et ſine eo nullus ſaluat(q̄d natum eſt ex carne) ſcdm virtutes carnalis generationis(caro eſt)id eſt conſtituit in vita carnali tm̄. et q̄d natuꝫ eſt ex ſpiritu:ſpūs ē). (ideſt conſtituit in vita ſpūali(nō mireris).i.nō debes admirari (q̄ dixi tibi:oportet vos naſci denuo q̄ nō loquor de generatiōe carnali de qua tu arguis:ſed de ſpūali. (Spūs vbi vult ſpirat).ſ. dando grām cui vult. vt ad Roman. ix. Lui vult miſeret:et quē vult indurat.(Et vocē eius a udis)ſcꝫ in predicationibus.vt patet Mathei.x. Nō eni vos eſtis qui loquimini: ſed ſpūs p̄is vr̄i qui loquitur in vobis.'(et neſcis vnde veniat aut quo vadat).Unde Augu. dicit q̄ illa verba de ſpūſctō intelligenda ſunt:qui in p̄phetis et in ſcripturis ſacris loquit.ſed principiuꝫ huius ſcripture.ſ.ſpūſanct⁹ et ei⁹ finis.ſ.btitudo celeſtis nobis occultatur et ſola fide tenetur.(Sic ē omnis qui natus eſt ex ſpiritu)ſcꝫ ſancto.ideſt in vita ſpirituali conſtituitur. (Reſpōdit Nicodemus et dixit ei.Quomō poſſunt hec fieri) Gor.in hoc notatur diligentia

in Nicodemo. quia nō cessauit q̄rere donec intelligeret. (Respōdit iesus ꝛ dixit ei. Tu es magister in israel ꝛ hec ignoras). Glo. quasi diceret quem iudei magnū doctorem reputant: ꝛ tamen ignoras fidei initia ꝛ viā salutis. (Amē amē dico tibi quia qd̄ scim⁹ loq̄mur). scilicet ego ꝛ mei apl'i (ꝛ qd̄ vidimus testamur: ꝛ testimonium nostrum nō accipitis). sic probatū ꝛ certū. (Si terrena dixi vobis) Thomas. de regeneratione baptismi q̄ fit in aqua ꝛ spiritu. (ꝛ non creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis). scilicet generationem eternam filij dei a patre ꝛ filio credetis. (Et nemo ascendit in celum). idest nemo habet virtutē illuc ascendendi propria potestate. (nisi qui descendit de celo filius hoīs qui est in celo) per presentiā ꝛ imensitatē diuinitatis. ergo quilibet homo qui ascendit ꝛ saluatur: ascendit per christū. (Et sicut moyses exaltauit serpentem). Hic xp̄s agit de sua passione a qua virtutem habet baptismus: ꝛ omnia alia sacramēta dicens. (Sicut moyses exaltauit serpētē). vt legitur Numeri. xxi. q̄ murmurātibus iudeis contra deum ꝛ Moysen ꝛ dicentibus. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. immisit deus serpentes ignitos qui eos interficiebant clamante aūt moyse ad dn̄m: iussit dn̄s serpentem fieri eneum ꝛ affigi in palo: vt aspicientes in eum percussi a serpētib⁹ sanarent. Hic serpens fuit figura passionis xp̄i. quia serpens eneus affixus in palo fuit christus innocens affixus in patibulo crucis. ad cuius aspectū scilicet per fidem ꝛ amorem sanatur in nobis venenum peccati ꝛ ignite concupiscentie. (Ita exaltari oportet filium homis). Tho. Hic ostendit modum sue passionis. Uoluit aūt dn̄s noster ihesus xp̄us illo modo mori. sc; exaltatus in cruce. vt sicut terram purgauerat sua cōuersatione: ita purgaret aerem ꝛ oīa celestia sua passione. ꝛ vt terrena cu; celestibus pacificaret. Et ideo stetit quasi medius inter celum ꝛ terram. vt patet per apostolū dicentem. Pacificans per sanguine; crucis eius siue que sunt in terris siue que in celis sunt. (vt oīs qui credidit in ip̄m). sc; vera fide (non pereat). morsu serpentū. i. demonum infectione vitiorum ꝛ morte suppliciorū. (sed habeat vitā eternā) hic in spe: ꝛ postea in re. Circa p̄sens euāgeliū vbi dicit. Nisi quis renatus fuerit. Notandu; q̄ Hugo de prato dicit q̄ deus a p̄ncipio mūdi: vsq; ad modo cōtra peccatum originale tollendū remedia ordinauit. Nam homo fecit morbum: ꝛ deus fecit remedium. Primum remediu; fuit sacrificiū pro adultis. ꝛ inde ē q̄ antiqui patres deo sacrificiū offererebant. Si aūt paruuli moriebant̄ ante vsum liberi arbitrij: sufficiebat eis fides parentū. vt sicut fuit a parentib⁹

introductū peccatū: ita per eosdē deleretur. Si aūt parentes paruulorum qui moriebant nō erant fideles: paruuli nō sanabāť. Scōm remediū fuit circūcisio tempore abrahe. quia deus mandauit abrahe vt ipse ꝛ posteri eius debebant circūcidi. Tertiū remediū fuit baptismus quē xp̄us instituit qui nō solum purgat peccatū originale ꝛ actuale: sed etiā aperit celum: qđ circumcisio nō fecit. Et hoc facit baptismus in virtute passiōis xp̄i ꝛ in signum huius exiuit de latere xp̄i sanguis ꝛ aqua.

¶ In festo corpis xp̄i euangelium scđ̃ iohem. vj. capitulo.





In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis ꝛ turbis iudeorum. Caro mea vere ē cibus: ꝛ sanguis meus vere est potus. Qui mādūcat meā carnem: ꝛ bibit meū sanguinē: in me manet ꝛ ego in eo. Sicut misit me viuēs pater: ꝛ ego viuo propter patrē. ꝛ qui mādūcat me: ꝛ ipse viuet ꝑpter me. Hic est panis qui de celo descendit. Nō sicut manducauerunt patres vestri māna in deserto ꝛ mortui sunt. Qui manducat hunc panem: viuet in eternum.

¶ Postilla.

¶ Caro mea vere est cibus: ꝛ sanguis ꝛc. Joħ. vj. Historia hui⁹ euangelij facta est anno xp̄i. xxxij. xviij. kł. May. feria. iij. indictiōe. v. luna. xxiiij. Ante initiū illius euangelij scribit sanctus ioħ. in eodem capitulo ꝙ xp̄us dixit turbis iudeorum. Amen amen dico vobis nisi manducaueritis carnē filij hoīs ꝛ biberitis eius sanguinē nō habebitis vitā in vobis. Tūc postmodum seqť hodie. euāg. (Caro mea vere est cibus). Hic xp̄us loquiť de sacramēto eucharistie: in quo sacro cōtineť vera caro xp̄i crucifixi i cruce. ꝛ sāguis ei⁹ effus⁹ i passiōe: dicēs. (Caro mea vere ē cib⁹: ꝛ sanguis me⁹ vere est pot⁹). Ly. Caro eni ꝛ sāguis xp̄i reficiūt aiaꝫ ꝗ imortalis ē. Cib⁹ āt corpalis reficit tm̄ corp⁹ qđ est corruptibile. Unde Augu. Cum in cibo ꝛ potu

hoīes id appetāt vt oino nō esuri ant neqꝫ sitiant: hoc veraciter nō prestat: nisi iste cib⁹ ⁊ pot⁹ q̄ eos a q̄bus sumit̄ imortales ⁊ icoru ptibiles reddit ⁊ facit socios scōꝝ vbi pax erit ⁊ vnitas(qui mandu cat meā carnē) spūali manducatio ne.(⁊ bibit meū sanguinē) per di lectionē(in me manet ⁊ ego in eo) Tho. In iaz dictis verbis dat xp̄s intelligere differētiā istius cibi ad alios carnales cibos. Alij eni cibi conuertunt̄ in manducantē. iste ci bus manducantē in se cōuertit: vt dictū est scō Augu. Nō tu me mu tabis in te sicut cibū carnis tue: sꝫ tu mutaberis i me.(sicut misit me viuens pater) Tho. i. hoīem fecit. (sic ego viuo ꝑpter patrē) referen do totam vitam meā in ip̄m(Et q̄ manducat me ⁊ ipse viuet ꝑpter me) quia vnimur deo per fidem ⁊ dilectionē in perceptiōe sacramēti (Hic est panis qui de celo descen dit). i. de sinu pr̄is. Anb. Ut panē angeloꝝ mādu caret homo: rex an geloꝝ factus est homo.(nō sicut māducauerūt patres vestri māna in deserto ⁊ mortui sunt). Lyra. ⁊ ideo non fuit vere cibus celestis: sed tm̄ figura eius. quia vitā spiri tualem nō conferebat: sed eandem dari in hoc sacramēto prefigura bat. sicut enim manna deuotis ⁊ gratis dabat omniū ciborū delec tamentū. Malis autē erat insipidū sicut dicit̄ Numeri. xxi. Anima no stra nauseat super cibo isto leuissi mo. Sic eucharistia digne sumen tibus est vite spiritualis solatiuꝫ: ⁊ indigne sumētibus iudiciuꝫ(qui manducat hunc panem) Lyra. di gne(viuet ineternū) Unde Augu. Qui ex nobis vitam eternam ha bere nō possumus: panē celi mā ducare debemus vt viuamus. Uñ Remigius. Cum ois salus corpis ⁊ anime est in corpis ⁊ sanguinis susceptiōe: honorem⁹ xp̄m in hoc sacramēto vt mediante hoc sacra tissimo sacramēto ad eternā salu tem ꝑuenire mereamur. Unde cir ca p̄ns euangeliū vbi dicit̄. Qui manducat hunc panē. Notanduꝫ q̄ panis ⁊ vinū inter cōsueta nu trimenta maxime corpus nutriunt ⁊ sustentant. Instituit ergo dn̄s ie sus xp̄us sub his speciebus: vt in telligeremus per hoc q̄ sicut pa nis ⁊ vinū maxime nutriūt corp⁹ ⁊ sustentāt: sic contentū sub istis speciebus maxime sustentat: nu trit ⁊ reficit animā. Hoc eni sacra mētū digne sumptū inter oia alia sacramēta plus efficit ⁊ auget cha ritatem: ⁊ consequēter omes vir tutes: ⁊ maxime valet ad dimissio nem oīum peccatorū ⁊c. vnde etiā magister sententiarū li. iiij. distinc. xj. dicit q̄ sub huiusmodi specie bus panis ⁊ vini post consecrati onem sunt oia que sunt in xp̄o in sua existentia naturali: quia ibi ē purissima caro christi siue corp⁹ eius. quod fabricante spiritusan cto: tractum fuit de super bene dicto vtero ꝟirgis gloriose. ⁊ qd̄ nūc glosificatū est in celo. Scdo

quia caro xp̄i nō viuit sine sanguine: ideo est etiā ibi sanguis iste p̄ciosus qui emanauit abundanter per multiplicia vulnera dn̄i nostri ihesu xp̄i. Tertio quia nō est verꝰ homo sine anima rationali. propter qđ etiā est sibi aīa xp̄i: cui datus est spiritussanctus nō ad mensurā. Quarto qꝛ xp̄s est verus deus. ideo consequēter est ibi persona filij dei sue humanitati vnita: in vnitate suppositi Et sicut hec q̄tuor sunt ꝙ quodlibet eorum est veraciter sub specie panis: ita ⁊ omnia simul. ⁊ quodlibet in calice sub specie vini continetur. nec plus sub specie panis ꝙ̄ in calice sub specie vini continet᷑: aut ecōuerso: sed idem per omnia ⁊ eodez modo. ⁊c. Itē notandū ꝙ xp̄iani nō adorāt in hoc sacramēto panē cū ex fide sciunt illum ibi non esse sed substātionaliter versum in xp̄i verum corpus. Nec adorant species sacramenrales vt deū: ⁊ accidentia que remanserunt. Sed adorant xp̄m dominū deum verum ⁊ hominē sub istis speciebus inuisibiliter existentem: ⁊ realiter presentē Sic similiter in calice post consecrationem non adorant vinū: cuz non sit ibi. sed est substantionaliter versum in sanguinem christi. Nec adorāt species vini vt deum sed adorant xp̄m dn̄m: verum deū ⁊ hominē sub istis speciebus: sic inuisibiliter existentē ⁊ realiter presentē. Item notandum ꝙ non debet quisꝙ̄ credere ꝙ in diuisione hostie diuidatur ⁊ laceretur corpus christi. Aut ꝙ in hostie sumptione corpus xp̄i cōteratur dentibus. aut ꝙ corpus christi digeratur ⁊ in corpus sumētis conuertat᷑ sicut alij cibi: sed sole spēs frāguntur ⁊ atterūtur. quibus consumptis desinit ibi esse corpꝰ xp̄i: ⁊ remanet in anima solus sacramēti effectus: qui est anime refectio per augmentū gracie ⁊ virtutum. Unde etiā damascenus dicit. Dū species sentitur sacramentum est: dum autē desinit sentiri sacramentum non est. ⁊c. Item sciendum ꝙ tota ecclesia catholica isto sacramento reficitur. vnde Gregorius. Offertur eniz pro gloria beatoꝝ. pro salute viuorum. ⁊ pro subita liberatione in purgatione detentorum. Ad quod designādum hostia frāgitur in tres partes: ⁊ christus integraliter est in qualibet. Unde de hoc dicitur in decretis. In qualibet parte hostie totus et integer est christus deus. xvi. q. ij. Singuli. Unde etiā gregorius papa. particula in calice missa significat beatos in patria: qui vino eterne dulcedinis inebriantur. Alie vero due particule que dentibus atterūtur significant illos qui vel in presenti vita vel etiā in purgatorio in penis trāsitorijs affliguntur.

¶ Dn̄ica p̄ma post octauas penthecostes Euāgelium. Scd̄m Lucam. xvi. capi.





In illo tpe. Dixit iesus turbis iudeorũ ꝛ phariseorũ. Homo quidã erat diues qui induebatur purpura ꝛ byssso: ꝛ epulabatur quotidie splẽdide. Et erat quidã mẽdicus noĩe lazarus: q̃ iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus: cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis: et nemo illi dabat. Sed ꝛ canes veniebant ꝛ lingebant vlcera eius. Factũ est aũt vt moreretur mendicus ꝛ portaretur ab angelis in sinũ abrahe. Mortuus est autẽ ꝛ diues: ꝛ sepultus est in inferno. Eleuãs aũt oculos suos cũ esset in tormẽtis: vidit abraham a longe et lazarum in sinu eius: ꝛ ipse clamans dixit. Pater abraham miserere mei: ꝛ mitte lazarum vt intingat extremũ digiti sui in aquam vt refrigeret linguã meam. quia crucior in hac flãma. Et dixit illi abraham. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua: ꝛ lazarus similiter mala. nunc aũt hic consolatur: tu vero cruciaris. Et in his oĩbus inter nos ꝛ vos chaos magnũ firmatum est: vt hi qui volunt hinc transire ad vos nõ possunt neq̃ inde huc trãsmeare. Et ait. Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enĩ quinq̃ fratres vt testetur illis ne ꝛ ipsi veniant in locũ hunc tormẽtorũ. Et ait illi abrahã. Habẽt moysen ꝛ prophetas audiãt illos. At ille dixit. Nõ pater abrahã: sed si q̃s ex mortuis ierit ad eos penitentiam agent. Ait aũt illi. si moysen ꝛ prophetas nõ audiunt neq̃ si q̃s ex mortuis resurrexerit credent.

¶ Postilla.

Homo quidam erat diues &c. Luce. xvj. Historia huius euangelii facta est anno christi. xxxij. v. kl. octobris dominica. indictione. v. luna. xiij. Ante initium presentis euangelii scribit sanctus Lucas in eodem capi. quod christus dixit. Qui fidelis est in minimo: et in maiori fidelis est. Et qui in modico iniquus est: et in maiori iniquus est. Non potestis deo seruire et mammone. Audiebant autem omnia hec pharisei: qui erant auari et deridebant eum. Et ait illis. Uos estis qui iustificatis vos coram hominibus. Deus autem nouit corda vestra. quia quod hominibus altum est: abhominatio est apud deum. Tunc postmodum sequitur euangelium hodiernum. (Homo quidam erat diues) Guil. Hoc euangelium dictum est contra phariseos auaros irridentes dominum exhortantem ad largitionem elemosynarum. Et describit hic christus duos homines: vnum diuitem: et alterum pauperem. (Homo quidam) Glo. Diues ignotus fuit ante deum: ideo nomine non designatur (erat diues) Lyra. Ecce superfluitas in sensu. (qui induebatur purpura et bysso). ecce excessus in vestitu. Beda dicit quod byssus est genus candidissimi et nobilissimi lini qui tantum nascitur in egypto. lino igitur vtebatur interius ad carnem: propter molliciem: purpura exterius propter inanem gloriam. (et erat quidam mendicus nomine lazarus) Ly. Exprimitur autem eius nomen: quia erat cognitus deo per approbationem: Non fuit iste lazarus frater magdalene et marthe: sed fuit alius lazarus qui diu vixerat ante christum (qui iacebat ad ianuam diuitis vlceribus plenus) Lyra. vt ex vicinitate magis appareret duritia diuitis: et probaret patientia pauperis. (Cupiens saturari de micis) Ly. Non dicit preciosis (que cadebant de mensa diuitis) in quo apparet maxima duritia diuitis: eo quod perire permittebat vnde pauper poterat subleuari (et nemo illi dabat) Glo. quia qualis dominus talis et familia. (Et canes veniebant et lingebant vlcera eius). Lyra. Brutalis pietas in lingendo vlcera pauperis arguit duritiam diuitis. quia curabiliores erant canes pauperi quam eorum dominus). factum est autem vt moreretur mendicus). In patientia probatus et purificatus sicut aurum in igne. (et portaretur ab angelis in sinum abrahe) Lyra. idest ad limbum sanctorum patrum vbi descendebant iusti morientes antequam impedimentum glorie per passionem christi esset amotum. (mortuus est autem et diues) quia diuitie non possunt homines a morte preseruare (et sepultus est in inferno) Ly. s. damnatorum. quia erat diaboli parrochianus. ergo sepultus est in eius cimiterio. Guil. i. in profunditate penarum positus est. Unde Apoca. xviij. Quantum in delitijs fuit: tantum date ei tormentum et luctum) Eleuans autem oculos cum esset in tor

mentis)Ly. quia eius oculi aper-
ti sūt per penā qui āte clausi erāt
per culpā (Uidit abrahā a longe)
Ly. q2 multū etiā ante apertionē
ianue celestis distabat status elec
toꝝ a statu reproboꝝ: in tantū ꝙ
impossibilis erat trāsitꝰ ab vno in
aliū. Nota scdm beatū Grego. ꝛ
etiā ponitur in. iiij. libro sententiaꝝ
in fine. ꝙ dānati in inferno positi
ante diē iudicij beatos sup se in re
quiē intendūt. ꝛ etiā beati in celo
vidēt penas maloꝝ in inferno eter
naliter ad augmētū sue glie ꝙ illa
mala euaserūt. (ꝛ ipse clamās dixit
Pater abrahā) Glo. filius abrahe
fuit iste diues genere: sed nō imita
tione(miserere mei) ecce stulta pe-
titio: petit eniꝫ sibi misereri q̄ nec
sui misertus est nec lazari. cū tamē
scriptū sit Jacobi. ij. Judiciū sit ei
sine misericordia qui hic nō facit
miam. (ꝛ mitte lazarū vt intingat
extremū digiti sui in aquā.) Unde
Grego. Guttā aque petiuit q̄ mi
cam panis negauit. Guill. plusꝙ
mille annis petiuit nec vnꝗ obti
nuit. (vt refrigeret linguā meā: q2
crucior hac flāma) Ly. in lingua
plus cruciabat: quia per eā am-
plius peccauerat: ꝛ hoc in duobꝰ
Primo per gustū: comedēdo deli-
cata fercula ꝛ bibēdo preciosa po
cula. Scdo verba vana ꝛ nociua
proferēdo: quia inter epulas splē
didas magis relaxat lingua ad lo-
quendū inepta. Unde sapiētie. xi.
Per que quis peccat per hec ꝛ tor
quet. (Et dixit illi abrahā. Fili re-
cordare q2 recepisti bona). s. trāsi
toria(in vita tua) Ly. hoc sibi dici
tur ad augmentū pene sue: q2 ma
ximū infortunij genus est fuisse fe
licem. vt dr. s. de consolatione phie.
(nūc aūt hic cōsolat) propter me
ritū patiētie(tu vero cruciaris) p
pter defectū misericordie (ꝛ his oīb
bus inter nos ꝛ vos cahos mag-
nū firmatū est). i. distantia merito
rū ꝛ distātia locoꝝ aut statuū. (vt
hi qui volūt hinc ad vos ire non
possunt). s. de loco beatoꝝ ad lo-
ca tormentoꝝ (neqꝫ inde huc trās
meare) Ly. q2 aīe separate sunt ex-
tra statū meriti ꝛ demeriti. (Et ait
Rogo ergo te pater vt mittas euꝫ
in domū patris mei. Habeo enim
qnqꝫ fres: vt testet illis ne ꝛ ipsi
veniāt in hunc locū tormentoꝝ.)
Ly. nō dixit hoc charitate ductus
cū illā nō haberet: sed timore ser-
uili: ne impioꝝ consortio eius pena
augeret: q2 fuerat eis occasio pec
candi: tum rōne diuitiaꝝ quas eis
dimiserat ad abusuꝫ: tū exemplo
male vite qđ eis dederat ad sequē
dū. (Et ait illi abraham. Habent
moysen) qui docuit agēda: q2 lex
instituit de agēdis(ꝛ prophetas).
qui docuerūt q̄ sūt credēda: ꝛ ista
sufficiūt ad salutē. ideo sequit (au
diāt illos) Ly. ex hoc patet ꝙ iste
diues ꝛ amici eius erāt de gente iu
deoꝝ: quia gentiles nō habebant
doctrinā Moysi ꝛ pphetarū (Nō
pater abrahā: sed si qs ex mortuis
ierit ad eos: pñiam agēt). q. d. plꝰ
crederēt mortuis ꝙ̄ scripturis(Ait

autē illi. Si moysen ꝛ ꝓphetas nō audiūt: neqꝫ si quis ex mortuis resurrexerit credēt) Ly. hoc patuit per effectū: qꝛ lazaro resurgenti: ꝛ xpo testimoniū perhibenti nō crediderūt: sed magis eum interficere voluerūt. vt habet Iohis. xi. Similiter nec xpo resurgenti: sed magis suaserūt falso ipsum nō resurrexisse: ꝛ corpus eius a discipulis suis de sepulchro furatū fuisse. vt habet Mathei vltio. Unde circa ꝑsens euāgeliū vbi dicit. Homo quidā erat diues. Sciendū ꝙ diuitie ꝑm se nō sunt male: nec oēs diuites. sed abutētes diuitijs. Si enim male essent: tunc deus qḋ absit esset malus: qui est ditissimus ꝛ potētissimus. Insup multi sancti fuerūt diuites qui placuerūt deo. sicut abraā: ysaac: ꝛ iacob. ac patriarche. ꝛ ceteri plures sancti noui ꝛ veteris testamēti. Seqᷓtur in euāgelio Mortuus est ꝛ diues ꝛ sepultus est in inferno. Unde queritur hic: quare deus infernū fecit. Respōdet ꝙ habet regnū celoꝝ p bonis que ei hic fideliter seruiūt. sed qꝛ in mūdo sūt multi factores mirabiliter deū prouocātes cū peccatis. Ideo congruissimū fuit vt iustissim⁹ deus carcerē haberet ꝑ talib⁹. s. infernū. Sed querit vbi sit infernus. Rūdetur ꝙ sub terra Primo qꝛ iustū est ꝙ pessimi maxime distēt a bonis in patria. scꝫ. a beatis: sed hoc fit per mediū intra terrā. Scḋo congruū est ꝓpter ignobilitatē loci. s. vt ignobilissim⁹ loc⁹ a nobilissimo loco. s. celo maxime distet. Tertio ratiōe affectus vt q̄ hic terrena ꝑ deo coluerunt: perpetue in terra claudātur. Seqᷓtur. Inter nos ꝛ vos cahos magnū firma tū est. i. distātia. Primo locoꝝ: qꝛ boni in celo ꝛ mali in inferno. Scḋo meritoꝝ: qꝛ boni habēt magna merita: mali habēt demerita. Tertio volūtatū: qꝛ boni cōformant se in oībus voluntati diuine. mali vero sunt in mala voluntate obstinati.

¶ Dñica. ij. post octauas pēthe. euāge. Scḋm lucam. xiiij.





In illo tp̄e: Dixit ihs discipul' suis similitudinē hanc Homo quidā fecit cenā magnā: ꝛ vocauit multos. Et misit seruū suū hora cene dice



te inuitatis vt venirēt: quia iā parata sunt omnia. Et ceperūt simul oēs se excusare Primus dixit illi. Villam emi: ⁊ necesse habeo exire ⁊ videre illam: rogo te habe me excusatū. Et alter dixit. Juga boum emi quinqȝ ⁊ eo pbare illa: rogo te habe me excusatū. Et alius dixit Vxorē duxi: ⁊ ideo nō possuȝ venire. Et reuersus seruus: nūciauit hec dn̄o suo. Tunc iratus paterfamilias: dixit seruo suo. Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ pauperes ac debiles secos ⁊ claudos itroduc huc. Et ait seruus. Dn̄e factū est vt imperasti: ⁊ adhuc locus est. Et ait dn̄s seruo. Exi in vias ⁊ sepes ⁊ cōpelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autē vobis q̄ nemo virorū illorū qui vocati sunt gustabit cenā meam.

¶ Postilla.

¶ Homo quidam fecit cenā magnā. ⁊c̄. Luce. xiiij. Mathei. xx. Historia hui⁹ euāgelij facta est anno xpi. xxxij. v. kl̄. Octobꝛs. dn̄ica. inditiōe. v. luna. xiij. Ante initium illius euāgelij scribit sanctus Lucas in eodem capi. q̄ xp̄s dixit ad quēdam qui eū ⁊ etiā alios inuitauerat. Cū facis prādiū aut cenam noli vocare amicos tuos neqȝ cognatos: neqȝ vicinos: neqȝ diuites ne forte ⁊ ipsi te reinuitēt: ⁊ fiet tibi retributio. Sed dum facis cōuiuiū: voca pauperes debiles ⁊ cecos ⁊ claudos: ⁊ beatus eris: quia nō habēt vnde retribuāt tibi. retribuet' eīn tibi in retributiōe iustoꝝ Hec cū audisset quidā de simul discūbentib⁹ dixit illi. Beatus q̄ manducabit panē in regno dei. Et ipse dixit. (Homo quidā). i. xp̄s verus homo ⁊ verus deus (fecit cenam magnā) Ly. i. statuit celestē beatitudinē q̄ vocat' cena eo q̄ est refectio vltima. Grego. Hec cena magna est satietas interne dulcedinis quā nobis deus preparauit (⁊ vocauit multos) q: vult oēs hoīes saluos fieri. i. ad Thimo. ij. (⁊ misit seruū suū) Scd̄m grego. p seruū intelligere debem⁹ quēlibet pdicatorē qui tunc hoīes ad cenam dn̄i vocat quādo aliq̄d eoꝝ edificationem loquit' (hora cene) finis est seculi. scȝ vltima etas in q̄ nos sumus Unde apl's. Nos sumus in quos fines seculoꝝ deuenerūt (dicere inuitatis vt venirēt) Nā deus nos om̄i tēpoꝛe vocat ad cenā suam. aut per inspirationē: aut per predicationē: aut per prosperitatem: aut per flagellationē. ⁊ sic de alijs. (quia parata sunt om̄ia) xp̄o in cruce immolato apertus est introitus in regnū celoꝝ. Jn signuȝ hui⁹ xp̄s pendēs in cruce dixit. cōsummatū est. ⁊c̄. (Et ceperūt simul oēs se excusare) Ly. idest per mala

opera se retrahere. Et accipit' omnes pro maiori parte: quia pauci saluant' respectu dãnatoꝝ. vt patꝫ Mathei. xx. Multi sũt vocati pauci vero electi (Et prim⁹ dixit Uillã emi: ꝛ necesse habeo exire ꝛ videre illã) Lyra. Hic notãtur superbi per dñm ville: quia superbi cupiũt alijs dñari. (rogo te habe me excusatũ) Unde grego. Humilitas sonat in voce: sed superbia est in actione dum venire contẽnit (ꝛ alter dixit. Iuga boum emi quinqꝫ ꝛ eo ꝓbare illa) Lyra. Per hoc intelligunt' cupidi terrenis nimis intenti: finem suũ ibi constituẽtes ꝛ quãdoqꝫ sensus nimiũ circa tẽporalia occupãtes (rogo te habe me excusatũ. Et alius dixit. Uxorẽ duxi: ꝛ ideo nõ possum venire) Per hoc intelligũt' luxuriosi: quis eñ omia vitia mortalia impediãt venire ad cenã refectionis eterne: tamẽ illa tria peccata. s. superbia. auaricia. luxuria precipue impediũt venire ad cenã celestẽ. Queritur quare luxuriosus nõ rogauit seruũ de excusatiõe sua sicut ꝛ alij duo. Respõdet. Gorra. ꝙ licet multa alia peccata sint grauiora ꝙ̃ luxuria: tamẽ luxuria fortius ligat ꝛ magis impedit a bonis operib⁹. (Et reuersus seru⁹ nũciauit hec dño suo) Guill'. predicatores verbi dei duꝫ proficiũt: ad deum redeũt gratias agendo. Sed cum obstaculũ inueniũt: quasi ei nũciant cõsiliũ ꝛ auxiliũ eius implorãdo (Tũc iratus paterfamilias) Guill'. Euãgelista hic loquit' de celo more hominis irati: in quẽ tamen motus ire non cadit. sed dicitur irasci quãdo facit opera que congruũt irato (Dixit seruo suo. exi cito in plateas ꝛ vicos ciuitatis: ꝛ pauperes ac debiles cecos ꝛ claudos introduc huc) Omipotẽs ꝛ misericors de⁹ quos mũdus abijcit: ipse misericorditer recipit. Unde gregori⁹. Pauperes ac debiles: ceci ꝛ claudi vocãtur ꝛ veniũt. quia infirmi quiqꝫ atqꝫ in mundo despecti plerũqꝫ tanto celerius vocem dei audiunt: quanto in hoc mundo non habent vnde delectãtur. (ꝛ ait seruus. Dñe factum est vt imperasti ꝛ adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias ꝛ sepes) Per vocatos de plateis intelligũtur publici peccatores Per vocatos de vicis intelligũtur occulti peccatores qui saltum erubescunt peccatores videri. Per vocatos de vijs intelligũtur peccatores qui parati sunt cõuerti de facili. Per vocatos de sepibus intelligũtur peccatores qui de peccatis suis iam dolere incipiũt ꝛ compũgunt' (ꝛ compelle intrare) Guill'. Hanc compulsionẽ facit aduersitas. Unde gregorius. Mala q̃ nos hic premũt ad deum nos ire compellũt. Guiller. Nonne xp̃s compulit paulum qui prostratus ꝛ visu amisso cõuersus est. vt pꝫ Act. ix. Item filiũ prodigũ qui fame cõpulsus rẽdijt ad patrẽ suũ. vt patet Luce. xv. Augustinus. felix necessitas que compellit ad meliora

(vt impleatur domus mea) Glo. inter. Numerus predestinatorum fidelium qui numerus inexpletus nō remanebit (dico autē vobis quod nemo virorum illorum q vocati sūt) se excusantiū et nolentiū venire (gustabit cenā meā) O quam grauis et dura priuatio excludi a visione dei et societate marie et omniū sctōrum. et quod grauius est quod sic exclusus erit i inferno inclusus: vbi velit vel nolit gustabit cenam diaboli.

¶ Dñica. iij. post octa. pentheco. euāge. Scdm lucā. xv.





In illo tpe Erāt appropinquantes ad ihm publicani et peccatores vt audirent illū Et murmurabāt pharisei et scribe dicētes. Quia hic peccatores recipit: et mādūcat cū illis. Et ait ad illos parabolā istā dicēs. Quis ex vobis homo q̄ habet centū oues: et si pdiderit vnā ex illis: nōne dimittit nonaginta noue in deserto: et vadit ad illā q̄ perierat donec inueniat illā. et cū inuenerit eā: imponit in humeros suos gaudēs. Et veniens domū cōuocat amicos et vicinos dicēs. Cōgratulamini michi: quia inueni ouem meā que pererat. Dico vobis: quod ita gaudiū erit in celo super vno peccatore penitentiā agēte: quā sup̄ra nonaginta noue iustis q̄ nō indigēt penitētia. Aut que mulier habēs dragmas decē: si perdiderit dragmā vnā. nōne accēdit lucernā et euertit domū: et querit diligenter donec inueniat eā: et cū inuenerit cōuocat amicas et vicinas dicēs. Congratulamini michi: quia inueni dragmā quā perdiderā. Ita dico vobis: gaudiū erit corā angelis dei super vno peccatore penitentiam agente.

¶ Postilla.

¶ Erāt appropinquātes ad Ihm. Luce. xv. Math. xviij. Mar. ij. historia huius euāgelij facta est

anno xp̄i.xxxij. vi.kl̄.Septēbris.
feria.v. inditiōe.v.luna.xij. An⸗
te initiū illius euāgelij scribit san
ctus Lucas in p̄cedēti ca. ꝙ xp̄us
dixit disciplis suis. Qui nō baiu⸗
lat crucē suā ⁊ venit post me: nō
potest meus esse discipulus. Lūc
postmodū sequit̄ euāgeliū hodi⸗
ernū.(Erant appropinquātes ad
ih̄m publicani ⁊ pctōres)Lyra.ex
ꝑposito emēdatiōis vite.publica
ni dicūtur pctōres notorij:pecca⸗
tores vero occulti(vt audiret illū)
Ly.parati ei obedire.(⁊ murmura
bāt scribe ⁊ pharisei) Gor.scribe
dicūtur p̄eminētes in sciētia.pha⸗
risei p̄eminētes in vita.(dicētes.qꝛ
hic pctōres recipit ⁊ mādućat cuꝫ
eis)Ly.notātes xp̄m de mala vita
eo ꝙ talibus amicabilē se p̄bebat
(Et ait ad eos parabolā istā dicēs
Quis ex vob̄ homo q̊ habet cen⸗
tū oues)Gor.Iste homo est ih̄us
xp̄s:qui habet centū oues.i.an⸗
gelos ⁊ hoīes (⁊ si perdiderit vnā
ex illis)Gor.qd̊ factū fuit qn̄ ho
mo pascua vite reliq̊t.⁊ ouis vna
idest humana natura totaliter per
dita fuit: qꝛ oēs in adā peccauerūt
vt patet ad Roma.v.(nōne dimit
tit nonagintanouē in deserto: ⁊ va
dit ad illā que perierat donec inue
niat) Gor.hoc em̄ fecit xp̄s ihe[us]
quādo deserēs nouē ordines ange
loꝝ venit ad querendū hoīem per
ditū.s.quādo carnē assūpsit ⁊ euꝫ
quesiuit per penitētiā predicādo ⁊
miracula faciēdo (⁊ inuenit) scilꝫ
quādo aliqui peccatores cōuersi
ad deū penitentiā agūt.(⁊ cū in⸗
uenerit eā ponit ī humeros suos)
Unde Ambro.hoc fecit ih̄s quā⸗
do penā pctōꝝ in corpore suo su⸗
per lignū crucis portauit.vt patꝫ
Isaye.liij.Uere lāguores nr̄os ipe
portauit (gaudēs) de humani ge⸗
neris liberatiōe(⁊ veniēs domū)
.s.celū empireū.s.in die ascēsiōis.
(cōuocat amicos ⁊ vicinos)Guil
.i.nouē choros āgeloꝝ qui amici
ei[us] sunt: qꝛ volūtatē eius cōtinue
faciūt.vicini ei[us] quoqꝫ sūt: qꝛ cla
ritatē visiōis eius assidue p̄fruunt̄
Math.xviij.Angeli eoꝝ semp vi⸗
dent faciē patris mei q̊ in celis est
(dico vob̄ ꝙ ita gaudiū erit in ce⸗
lo sup vno pctōre penitentiā agē
te q̄ꝫ sup nonagintanouē iustis q̊
nō indigēt penitētia)Guil.hoc in
telligit̄ de penitēte feruēti: ⁊ de iu
stis negligētibus ⁊ nō feruentib[us].
ꝙ aūt angeli dei gaudēt de pctōri
bus cōuersis q̄ꝫ de iustis statibus
nō est ꝑpter peccatū cōmissuꝫ:sed
ex hoc qꝛ ex peccatis cōmissis se⸗
pe meliores efficiūtur ⁊ sāctiores:
⁊ in bono feruētiores.sicut sāctus
Grego. exponit in omelia hodi⸗
erna.Magis inquit de pctōre con
uerso q̄ꝫ de stante iusto gaudiū fit
in celis: qꝛ ⁊ dux in prelio magis
illū militē diligit qui post fugā re
uersus hostē fortiter premit: q̄ꝫ il⸗
lum q̊ nunq̄ꝫ terga prebuit ⁊ nun
q̄ꝫ aliq̊d fortiter fecit.Sic etiā agri
cola āplius illā terrā amat q̄ post
spinas vberes fruges ꝓfert: q̄ꝫ eā
que nunq̄ꝫ spinas habuit ⁊ nunq̄ꝫ

feratilē messem pduxit. Itē Guill. Et sicut mater habēs decē pueros si decimus fortiter egrotet: magis est solicita de eo ꝙ̄ de aliis nouē. ꝛ si sanitatē recuperet magis gaudet del sanitate) eius recuperata ꝙ̄ de sanitate in aliis nouē ꝯseruata Ita magis est gaudiū in celo sup vno pctōre cōuerso ꝙ̄ de multis iustis (aut q̄ mulier habēs dragmas decē ꝛ si perdiderit dragmā vnā) Ly. mulier ista est sapiētia diuina: habēs nouē choros āgeloꝝ q̄si dragmas nouē: ꝛ decima dragma ē humana natura ad imaginē dei facta ꝛ capax ipsi⁹ p cognitionē ꝛ amorē. Ista dragma decima fuit pdita per peccatū primoꝝ parentū(nōne accēdit lucernā) lucerna est lux verā. i. xp̄s q̄ illuminat oēm hoiēz venientē in hūc mundū. Iohis. i. Et lucerna tūc fuit accensa q̄n deitas hūanitati fuit vnita. ꝛ lucerna tūc luxit q̄n xp̄s inter hoies perfecta cōuersatiōe claruit ꝛ exēplariter vixit. vn̄ Augu. de vera religi. Quicq̄d xp̄s gessit in terris doctrina moꝝ fuit(ꝛ euerti domū) Go. quādo ꝯsciētias hoim predicādo de reatu suo perturbauit ꝛ purgauit(ꝛ querit diligēter). s. nihil de illis q̄ pertinēt ad redēptionē n̄ram omittēdo. scd̄m illud Isa. v. Quid est ꝙ vltra debui facere vinee mee ꝛ nō feci(Et cū inuenerit dragmā) vnde dragma inuenit cū in hoie similitudo conditoris reparat̄. hoc aūt fit per grām que est imago recreatiōis. Unde. ps. iiij. Signatuz est sup nos lumē vult⁹ tui dn̄e)(Et ꝯuocat amicas ꝛ vicinas). i. angelicas preces q̄ de proximis deū cōtēplant̄ ꝛ ei amicabiliter famulā-tur (dicēs. Cōgratulamini michi: quia inueni dragmā quā perdiderā) Et notāter dicit cōgratulamini michi: ꝛ nō dragme. ad ostendē dum suā liberalitatē: q2 gaudiū suum vult oībus cōicare (Ita dico vob̄ gaudiū erit corā angelis dei: sup vno peccatore penitētiā agente) Et notanter dicit penitentiam agēte: ꝛ nō dicit cogitāte solū: aut dicēte: aut ostēdente vt ypocrite: sed agente. scꝫ realiter ꝛ veraciter. ¶ Pro quo sciendū ꝙ magis est gaudiū angelis de cōuersiōe vni⁹ peccatoris: ꝙ̄ si fili⁹ alicui⁹ a mortuis resuscitaret̄: vel si filius alicuius in imperatorē vel papā eligeret̄. Unde circa p̄ns euāgeliū vbi dicit̄. Qui habet centū oues. est sciendū ꝙ ouis est aīal de sua natura innocēs. cetera aūt animalia aut mordēt dētibus vt canis ꝛ lupus: aut pungūt vel impungunt corīb⁹: vt aries ꝛ taurus: aut per cutiūt pedibus vt equus ꝛ mulus aut dilaniāt vnguibus vt leo ꝛ vrsus. ouis autē nichil horum facit. Ouem aūt xp̄i sciat se nō esse q̄ vel mordet dētib⁹ detrahēdo: vel impingit corīb⁹ alios violēter opp̄mēdo: aut pede percutit proximo irascendo: aut dilaniat vnguibus aliena rapiendo.

¶ Dn̄ica. iiij. post octa. penthe. euāgel. Scd̄m Luca. vi.



N illo tp̄e. Dixit ih̄s discipl'is suis. Estote misericordes sicut ⁊ pater vr̄ misericors ē. Nolite iudicare: ⁊ nō iudicabimini. Nolite condennare: ⁊ non condēnabimini. Dimittite: ⁊ dimittemini Date: ⁊ dabitur vobis. Mensurā bonā ⁊ confertā ⁊ coagitatā ⁊ supereffluentē dabūt in sinū vestrū. Eadē quippe mensura qua mensi fueritis: remetietur vobis. Dicebat autē ⁊ eis similitudinē. Nunq̄d pōt cecus cecū ducere: nōne ambo in foueā cadūt. Non est discipulus super magistrū. Perfectus aūt oīs erit si sit sicut magister eius. Quid aūt vides festucā in oculo fratris tui: trabem autē que in oculo tuo est: nō cōsideras. Aut q̄mō potes dicere fratri tuo. Frater: sine. eijciā festucā de oculo tuo: ip̄e trabē in oculo tuo non vides. Ypocrita: eijce primū trabem de oculo tuo: ⁊ tunc p̄spicies ⁊ educas festucam de oculo fratris tui.

¶ Postilla.

¶ Estote misericordes sicut ⁊ pater vester. ⁊c̄. Luce. vi. Mathei vij. Marci. iiij. Historiā hu9 euangē. dixit dn̄s ih̄s āno ei9. xxxij. Id9 Julij. fe. v. inditiōe. iiij. luna. xvi. Ante initiū istius euāgelij scribit sanct9 Lucas q̄ xp̄s dixit. Mutuū date nihil inde sperātes: ⁊ erit merces vestra multa. ⁊ eritis filij altissimi: quia ip̄e benignus est super ingratos ⁊ malos. Lūc statim seq̄tur euāgeliū hodiernū (Estote misericordes) In hoc euāgelio docet nos xp̄us mi̇̄icordes esse ad pauperes. ponēs patrē celestē in exēplū cū dicit (Estote misericordes) Gor. nō dicit estote potētes sicut pater vester est. vel sapiētes sicut fili9 dei est. s3 (estote misericordes sicut pr̄ vr̄ celestis misericors est) Ly. de9 em̄ releuat mi̇̄ias nr̄as p̄pter suā bonitatē est. sic ⁊ hō d3 moueri ad releuādā mi̇̄iā p̄ximi p̄ter amorē bōitatis diuine (nolite

iudicare).s.temerarie de proximo.
(τ nō iudicabimini).s.a deo.(noli
te condēnare τ nō coudēnabimi-
ni) quasi dicat.τ si forte ex fragili
tate humana ɔtingat vos suspici
ōse iudicare: nolite tamē condēna
re.i.aliquē dignū condēnatiōe cō
dēnate diffinire.quia aliq̄s est ho
die malus q̄ fortassis cras erit bo-
nus. Exemplū in paulo. vt patet
Actuū.ix.τ in publicano: vt patʒ
Luce.xviij.(dimittite).s.iniurias
vobis illatas a pximo(τ dimittet̄
vob̄).s. peccatū vestrū a deo cui
frequēter iniuriati fuistis(date).s.
tēporalia (τ dabitur vobis)Glo.
interl.vita eterna.Guill.dāti pau
perib⁹ non solū dantur spūalia in
presēti τ celestia in futuro: immo
etiā tpalia τ naturalia bona ei mł
tiplicātur.ergo dicit (mensurā bo
nā) q̄tum ad bona fortune q̄ ali-
quādo cōferūtur pter opera pi
etatis(τ confertā) q̄tum ad bona
nature:sicut sanitas τ huiusmodi
que etiā aliquādo cōferūtur pro-
pter opera pietatis (τ coagitatā)
q̄tum ad bona gratie(τ supeffluē
tem dabūt in sinū vestrū)q̄tuʒ ad
bona glorie. Et ideo dicit apłs.i.
ad Thimo.iiij.pietas ad omia va
let promissionē vite q̄ nunc est ha
bēs τ future (eadē quippe mensu
ra qua mensi fueritis remetiet̄ vo
bis) Ly. qz ſm q̄ opera pietatis
sūt maiora:erit τ retributio maior
Ista tamē maioritas est attēdenda
semp ſm magnitudinē interioris
affectus.vñ τ Mar.xij.vidua que
misit duo minuta in gazophilatiū
ſm testimoniū saluatoris dī plus
misisse q̄ multi diuites q̄ magna
bona miserant.Unde Hiero.Que
offerūtur nō suo pōdere sed offerē
tis volūtate pensant̄(Dicebat au
tē τ illis).s.discipulis suis τ turbis
(similitudinē Nūq̄d potest cec⁹)
idest carēs sapiētia τ sciētia (cecū
ducere).i.ignorātem docere τ diri
gere.quasi dicat non(nōne ambo
in foueā cadūt).i.in perditionem.
Primo em̄ cadūt in foueā culpe.se
cūdo in foueā gehēne. vnde Gre.
in pastorali. Cum pastor per ab-
rupta graditur:consequens est vt
grex ad precipitiū sequat̄.Unde e
tiā Ecclesiastici.x. Qualis rector ci
uitatis:tales τ qui habitāt in ea .
(Nō est discipls super magistrū)
Ly. τ ideo nō est mirū si ipsum se
quit̄. vñ subdit̄(perfect⁹ aūt ois
erit si sit sicut magister ei⁹)qz si as
similetur bono magistro erit per
fectus ſcdm veritatē(Nō est disci
pulus sup magistrū)Gor.de quo
magistro dicit̄ Mathei.xxiij.Ma-
gister vester vn⁹ est xp̄s. Itē Ioh
.xiij. Uos vocatis me magister τ
dn̄e τ bn̄ dicitis:sū etem̄.τc̄.(per
fect⁹ autē ois erit si sit sicut magi-
ster eius) nā huius magistri.scilʒ
xp̄i imitatio est hūana perfectio.
vnde Augu.Sūma perfectio xp̄ia
ne religionis est imitari quē colis
(Quid autē vides festucam) idest
peccatū videlicet minus(in oculo
fratris tui) idest in conuersatione
τ conscientia eius.(τ trabem) id-

est maius peccatum qui est in o-
culo tuo).i.in teipo (non cōside-
ras)vt pz Ro.v. Qui aliū doces:
ꝛ teipm nō doces.(aut quō potes
dicere fratri tuo:frater sine).i. per
mitte.(eijciā festucā).i.culpā mo-
dicā(de oculo tuo:ipe trabē i ocu
lo tuo non vides ypocrita)Gor.
quia scz hec facis ex simulatione:
nō ex dilectiōe iusticie.s.ꝙ arguis
ꝛ ponderas pctā aliena vt lateant
tua.(eijce pmo trabem de oculo
tuo)Ly.qꝛ hic est ordo charitatis
ꝙ a seipo icipiat:vt pz puer.xviij
Iust9 prior est accusator sui.Sz in
oppositū multi sūt q̄ alios corri-
gūt ꝛ seipos negligūt.(ꝛ tūc pspi
cies vt educas festucā).i.puū de-
fectū.(de oculo fris tui).s.postq̄
emēdasti tuos magnos defectus.
Circa pns euāg. vbi di.Estote mi
sericordes. Notādū ē ꝙ duo tene-
mur primo.s.cōpassionē cordis:
ꝛ bnficiū opis si assit facultas.A
pmo null9 excusat.qꝛ ois hō de-
bet cōpati primo afflicto:ꝛ in ne
cessitate cōstituto.A scdo.s.bnfi-
cio opis excusant multi.s.qn fa-
cultas deest.sz si facultas adest tūc
in necessitate primo q̄libet tenet
subuenire.vn̄.j.Ioh.iij.Si q̄s ha-
buerit substātiā hui9 mūdi ꝛ vide
rit frem suū necesse hre:ꝛ clause-
rit viscera sua ab eo:quō charitas
dei manet in eo.q.d.nullo modo.
ergo signū est ꝙ charitas dei non
est illo hoie.vn̄ ex iaz dictis pz ꝙ
nō dare elemosynā cū nō habz nō
est signuz ꝙ charitas dei nō sit in
tali hoie.sed non cōpati pauperi
bus ꝛ tribulatis est signū ꝙ cha-
ritas dei nō est in eo.vn̄ elemosy-
na interior scilicet cōpassio cordis
est maior elemosyna q̄ datio nu-
trimēti.Sequit in euangelio.No
lite iudicare Unde hic sequit vtrū
omnia dubia sint in meliorē par-
tem interpretāda.Respōdeo scdm
sanctū Thomā de aquino. ꝙ qui
habet malam opinionē de aliquo
sine causa legitima iniuriat eidez.
Ideo quilibet in omni causa du-
bia debet factum vel dictuz proxi
mi in melius interpretari. Et meli
us est ꝙ aliquis frequēter fallat
habens opinionē de aliquo malo
q̄ ꝙ rarius fallatur habens malā
opiniōe de aliquo bono. quia ex
hoc fit iniuria alicui:nō aūt ex pri
mo.hec ille.Sequit nunc.Date ꝛ
dabitur vobis. Unde hic querit
vtrum dare elemasynā sit in prece
pto.Respōdeo scdm sanctū Tho
mam.vbi supra.quia cum dilec-
tio proximi sit i precepto:necesse
est omia illa cadere sub precepto
sine quibus dilectio proximi non
seruat.ad dilectionē aūt proximi
pertinet vt ei non solum velimus
bonum:sed etiam operet bonuz.
scdm illud.j.Ioh.iij.Non diliga-
mus verbo neqz lingua:sed ope-
re ꝛ veritate. Et ideo elemosynaꝝ
largitio est sub pcepto debitis cir
cumstantijs obseruatis.ꝙ in dan
te sit superfluum:ꝛ in recipiente
necessitas.alias est in cōsilio ꝛ nō
in precepto.

¶ Dñica. v. post octauas pẽthecostes euãg. scdʒ Lucã. v.



In illo tpe. Cũ turbe irruerent in iħm vt audirẽt verbũ dei. ⁊ ipe stabat secus stagnũ genazareth: ⁊ vidit duas naues stãtes secus stagnũ. Piscatores aũt descenderant ⁊ lauabãt rhetia sua. Ascẽdẽs aũt ĩ vnã nauim que erat symonis: rogauit eũ a terra reducere pusillũ. Et sedẽs docebat de nauicła turbas. Ut cessauit aũt loqui dixit ad symonem. Duc in altũ ⁊ laxate rhetia vr̃a in capturã. Et r̃ndens petrus dixit illi. Preceptor ꝑ totam noctẽ laborantes nihil cepimus. in verbo aũt tuo laxabo rhete. Et cũ hoc fecisset concluserũt pisciũ multitudinem copiosã. Rũpebatur aũt rhete eorũ: ⁊ annuerunt sociis qui erant in alia naui vt venirent ⁊ adiuuarẽt eos. Et venerunt ⁊ impleuerũt ambas nauiculas: ita vt pene mergerentur. Qđ cuʒ videret symon petrus procidit ad genua iesu: dicens. Exi a me dñe: qꝛ homo peccator sum. Stupor eñi circũdederat eum: ⁊ oẽs qui cum illo erãt in capturã pisciũ quã ceperãt. Silr̃ aũt iacobũ ⁊ iohannẽ filios ʒebedei qui erãt socii symonis. ⁊ ait ad symonem iesus. Noli timere ex hoc iam eris hominis capiẽs. Et subductis ad terram nauibus relictis oĩbus secuti sunt eũ.

¶ Postilla.

¶ Cum turbe irruerent in iesum ⁊c. Luce. v. Historia hui⁹ euãgelii facta ẽ ãno xp̃i. xxxi. viii. Kł. Maii. feria. iiii. indictione. iiii. luna xv. Ante initium illius euangelii scribit sctũs Lucas ꝙ oẽs qui hãbebant infirmos variis languorĩbus: ducebãt illos ad iesuʒ. at ille singulis manus imponẽs curabat

post hoc sequit euangeliū hodi
ernū.(Cū turbe irruerēt in iesuʒ).
Gor.Ecce turbarū deuotio:nun
ꝗ legit tātus scribarū ⁊ pharise
oruʒ ad xp̄m cōuersus ꝑpter ver
bum dei. Dulcedine eni suā deꝰ ab
scondit a sapiētibus ⁊ prudētibꝰ:
⁊ reuelat eaʒ puulis: vt pʒ Math.
xj.(vt audirēt euʒ) qꝛ esuriebāt au
dire verbū dei: ideo irruerūt in eū
pre nimia deuotiōe audiēdi ipm(⁊
ipe stabat secus stagnum genaʒa
reth) Ly. Est lacus magnꝰ ꝑ queʒ
trāsit iordanis. Et aliqñ vocatur
mare galilee. qꝛ transit per mediū
galilee.(Et vidit duas naues secꝰ
stagnū).i.ad littus stagnij.(pisca
tores aūt descēderāt) scʒ de nauibꝰ
in littus.(⁊ lauabant rhetia) scʒ a
mouētes imūdicias vt rhetia pli
carent.(Ascendēs aūt in vnā na
uim q̄ erat symonis).i.petri(roga
uit eū a terra reducere pusillū) Ly
ra. vt de naui pplm sedentē in lit
tore cōueniētius doceret.(⁊ sedēs)
tanꝗ doctoris auctoritate vtens.
(de nauicula docebat turbas. Ut
aūt cessauit loqui).i.poꝗ finiuit
sermonē suū.(dixit ad symonē).i.
petrum.(duc in altum) Lyra. hoc
est ad locum a que magis ꝓfundū
qui est cōuenientior ad piscandū
(⁊ laxate rhetia vestra in capturā)
scʒ piscium.(Et respōdēs petrus di
xit. Preceptor per totam noctem
laborātes nihil cepimꝰ) Lyra. qꝛ
ꝗuis diligentiā magnā adhibuerī
mus.(in verbo aūt tuo. Gor.i.in
obediēdo verbo tuo.(laxabo rhe
te. Et cuʒ hoc fecissent).i.cum la
xassent rhetia in verbo dn̄i.(cōclu
serunt pisciū multitudinē copio
sam) Gor. obediebāt pisces xp̄o
cui subiecta sūt oīa. volucres celi.
⁊ pisces maris .ps. viij.(Rumpe
batur autem rhete eoruʒ) Lyra. ex
quo patet duplex miraculū. Pri
mū ꝙ ceperunt magnā multitudi
nem pisciū supra modū insolitum
⁊ impossibile per viam humanā.
Scd̄o ꝙ illa magna multitudo pis
cium tenebatur in rheti rupto.(⁊
annuerūt socijs q̄ fuerunt in alia
naui vt venirēt ⁊ adiuuarēt eos. ⁊
venerūt ⁊ impleuerunt ambas naui
culas: ita vt pene mergerent. Qd̄
cū videret symō petrꝰ. Gor. scʒ ꝙ
ad primū verbū dn̄i cepissent tam
ineffabilē multitudinē pisciū(pci
dit ad genua ihu) tanꝗ dn̄s suū co
gnoscēs.(dicēs. Exi a me dn̄e).i.re
cede.(qꝛ hō pctōr sū) Ly. reputa
bat eni se indignuʒ pn̄tia xp̄i. Sicut
mō dixit cēturio. Math. viij. Dn̄e
nō sū dignꝰ vt itres sub tectū meū
(Stupor eni circūdederat eū).i. ad
miratio magna ꝑpter facta xp̄i in
solita(⁊ omnes qui cū eo erant in
captura pisciū quā ceperant. Siīr
aūt ⁊ stupor circūdederat iacobū
⁊ iohannē filios zebedei qui erant
socij symōis) Isti filij zebedei erāt
in alia naui: ⁊ erant consanguinei
xp̄i: scilicʒ filij sororis beate marie
virgis.(Et ait ad symonē ihs) scʒ
ipm consolando.(Noli timere ex
hoc).i. d̄ cetero(eris hoīes capiēs)
ꝑ sanā doctrinā trahēs ad vitā eter

nam. Hoc postmodũ ostensũ ẽ: vt habetur Actuũ.ij. vbi petrus in vno sermone conuertit tria milia iudeorum.(Et subductis ad terram nauibus: relictis omnibus). scilicet in nauibus manuũ instrumentis.(secuti sunt eum)scilicet symon petrus ⁊ alij qui erant cum eo. Circa p̃sens euangeliũ vbi dicitur. Irruerunt in ihesum vt eum audirent. Hugo de prato dicit ꝙ tripharie homies diuidunt circa verbũ dei. Quidam audiunt ⁊ nõ faciũt. ⁊ isti sũt mali ⁊ acriter verberantur. Unde Luce.xij. Seruus sciens voluntatem domini ⁊ non faciens plagis multis vapulabitur. Quidam nec audiunt nec faciunt: ⁊ isti sunt pessimi. quia contẽnunt ⁊ audire ⁊ facere. ⁊ quodlibet istorum potest esse peccatum mortale. quia q̃uis aliqua ignorantia excuset: scd̃ꝫ illud. i. ad Thimotheũ. j. Ideo misericordiam cõsecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate. Tamen ignorantia crassa ⁊ supina ⁊ affectata non excusat: imo de se potest esse mortale cum separet a regno christi. j. Corinthiorꝫ. xiiij. Qui ignorat ignorabitur. Quidam audiunt verbum dei ⁊ faciunt: ⁊ isti sunt beati. vt patet Luce.xj. Beati qui audiunt verbum dei: ⁊ costodiunt illud.

¶ Dominica.vj. post octauas penthecostes. Euangeliũ scd̃ꝫ Matheum.v.





N illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amẽ amẽ dico vobis: nisi abũdauerit iusticia vestra plusq̃ꝫ scribarũ ⁊ phariseorũ nõ intrabitis in regnum celorum. Audistis ꝙ dictum est antiquis. Non occides. Qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha: reus erit consilio. Qui autem dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Si autem offers munus tuum ante alta

re: τ ibi recordatus fueris q̄a frater tuus habet aliquid aduersuz te: relinque ibi munus tuū ante altare: τ vade prius recōciliari fratri tuo. τ tūc veniens offeres munus tuum.

¶ Postilla.

¶ Nisi abūdauerit iusticia vestra. Math. v. Historia hui⁹ euangelij facta est anno xpi. xxxj. ydus Julij. feria. v. luna. xvj. indictiōe. iiij. Ante initiuz illius euāgelij scribit sanct⁹ Math: e⁹ q̄ xpus dixit discipulis suis. Sic luceat lux vr̄a corā hoibus vt videāt opa vr̄a bona τ glorificēt prēm vr̄m qui in celis est. Nolite putare q̄m veni soluere legē aut pphetas. nō veni soluere: sed adimplere. Amē dico vobis: donec transeat celū τ terra: iota vnum aut vnus apex nō preteribit a lege donec oia fiant. Item apex masculini generis dicit̄ sūmitas a pedib⁹ remota. τ q̄nqȝ apex dicit̄ lucerna. τ pprie dicunt̄ apices lr̄e ille alte que in frōtispicijs murorū scribunt̄. frontispiciū dicitur frontis spaciuȝ. τ q̄libet lr̄a dicit̄ q̄nqȝ apex. Itē scd̄m Augu. sup illud Math. v. Jota vnuȝ aut vnus apex ꝛc. Jota ē minor de ceteris. Apex est in sūmitate ipi⁹ pticule. Tunc postmodū sequit̄ euāgeliū hodiernū. (Nisi abundauerit iusticia vr̄a pluſq̄ scribaruȝ τ phariseoꝝ nō intrabitis in regnū celorū). Sciendū q̄ iusticia scribarum τ phariseorū erat falsa. q: solum cauebāt sibi a malis opibus τ nō a malis voluntatib⁹: putantes pcepta dei phibitiua esse solū per mala opera exteriora q̄b⁹ vn⁹ alteri nocet: τ nō prohibitos esse actus interiores. s. rancores: odia: malas volūtates τ desideria nocēdi. Lyra. Et eodē modo dicebāt de hoc pcepto. (Nō occides) q̄ hic prohibet̄ occidēdi factū: τ nō occidendi ppositū. τ hoc est q̄d xps dicit. (Audistis q: dictum est antiquis. Nō occides). s. hoiēs. (Qui aūt occiderit) actualiter τ iniuste. (reus erit iudicio). Lyra. i. testium accusatione: vt legis iudicio puniatur. i. morte corpali. quia lex punit scd̄m talionem. Unde Gen. ix. Quicunqȝ effuderit hūanū sāguinem fundet̄ sāguis eius. Itē Exo. xxj. Oculū pro oculo: dentem pro dēte. (Ego aūt dico vobis). Gor. idest plus impono vobis. (ois q̄ irascit̄) motu interioris odij (fratri suo). s. persone τ non vicio: vt sic iam per viciū nō per zelum. (reus erit iudicio). i. dignus accusatione apud deū. (qui aūt dixerit fratri suo racha) Scd̄z Augu. hiero. τ Chriso. Racha est quedā vox prumpēs ex ira: significās paruipēsionē vel vilipēsionē. vel etiā vox interiectiua que oritur ex indignatione contra aliquē queadmoduz ach: heu: τ cōsimiles que ostēdūt motum indignātis animi. (reus erit cōsilio). i. cōsensu iudicū esse dandam sententiā cōtra eum. τ dictādā

sibi penam. q2 pctm̄ eius venit in noticiā hoium per exterius signū indignātis animi. (Qui āt dixerit fatue).i.qui vsq3 ad verba cōtu-meliosa pcesserit (reus erit gehē-ne ignis) q̄ est certa dānatio ⁊ eterna. (Si offers manus tuū ad altare).i.si offerre pponis munus boni opis xp̄i. (⁊ ibi recordatus fueris quia frater tuus).s.quem lesisti. (habet aliq̄d aduersum te) pro illata iniuria. (relinque ibi munus tuū ante altare) siue coram deo. nō dicit reporta. quia deus nō mun⁹ repellit: sed charitatē proximi querit. (⁊ vade pri⁹ reconciliari fratri tuo). Ly. hoc pōt intelligi dupl'r. Uno modo pedib⁹ corpis: ⁊ hoc debet fieri si cōmode possit haberi ipius fratris offensi pn̄tia. Si āt nō possit sufficit ad eū ire pedib⁹ mentis q̄d fit qn̄ habet proposi-tum satisfaciēdi loco ⁊ tempe cōpetenti. ⁊ hoc modo vtitur ecclia romana qn̄ eū cōfitentē absoluit: ⁊ sibi satisfactionē leso fiendā iponit. (reconciliari fratri tuo). Gor. Si leseris satisfaciēdo vel veniam petendo. si oderis rancorē deponēdo. si te oderit ad amiciciā reuocādo. Unde etiā Chrisosto. Si cogitatu offendisti: cogitatu recōciliare. si verbis: verbis. si factis: factis. (⁊ tunc) post recōciliationem. (veniens offeres munus tuū) Gregori⁹. Munus nō accipit: nisi āte discordia ab animo repellat.

¶ Dn̄ica. vij. post octauas penthecostes euangeliū scd̄m Marcū. viij.





In illo tpe. Cū turba plurima esset cum ihesu: nec haberēt q̄d manducarēt: cōuocatis discipulis ait. Misereor super turbā: quia ecce ia3 triduo sustinent me: nec habēt q̄d mādicēt. ⁊ si dimisero eos ieiunos in domū suam deficient in via. quidam enim ex eis de longe venerūt. Et respōderūt ei discipuli sui. Unde istos poterit hic quis saturare panibus in solitudine. Et interrogauit eos. Quot panes habetis. Qui dixerunt: septem. Et precepit turbe discumbere su-

per terram. Et accipiens septem panes gratias agens fregit: ⁊ dabat discipulis suis vt apponerent ⁊ apposuerūt turbe. Et habebant pisciculos paucos: ⁊ ipos benedixit ⁊ iussit apponi. ⁊ manducauerunt ⁊ saturati sunt. ⁊ sustulerunt quod superauerat de fragmētis septem sportas. Erant aūt qui mãducauerãt quasi quattuor milia. ⁊ dimisit eos.

¶ Postilla.

¶ Cum turba plurima esset cum ihesu ⁊c. Marci. viij. Math. xv. Luce. ix. Johānis. vj. Historia huius euãgelij facta est anno xpi xxxij. xij. Kl. Julij. sabbato. luna xiij. indictione. v. Ante initium illius euangelij scribitur Mathei xv. q accesserūt ad ihesum turbe multe habentes secum multos claudos: cecos: debiles: ⁊ alios infirmos multos. ⁊ proiecerūt eos ad pedes ei⁹: ⁊ curauit eos ita vt turbe mirarentur. Videntes autē mutos loquentes: claudos ambulantes: ⁊ cecos videntes: magnificabant deum israel. Ergo dicit euangeliuz hodiernū. (Cum turba plurima esset cum ihesu: nec haberēt quod manducarent) Hec turba sequebatur dominum ihesum propter verboruz suorum dulcedinē: ⁊ propter infirmorū sanationem. (conuocatisqz discipulis ait. Misereor super turbam) Lyra. Hoc predixit discipulis vt ipsos induceret ad pietatem. (quia iam triduo sustinēt me). Lyra. Quia tantū afficiebant ad doctrinaz xpi audiendam ⁊ videnduz eius miracula. qr per tres dies non redierant ad loca propria manentes cum christo in loco deserto ⁊ sub diuo. ex quo patet eorum deuotio. (nec habēt quod manducent). Lyra. Quia cibaria que de domib⁹ suis asportabant iaz erant cōsumpta: ideo nec prima die nec secūda die hoc miraculum fecit. tum quia alimēta habebant. tum quia magis apparuit tūc hoc miraculū quãdo eis victus oino defuit (⁊ si dimisero eos ieiunos in domū suam deficient in via. quidã eni ex eis de longe venerunt). Jacobus. Illi de longe veniunt qui de peccatis se ad deū cōuertunt. Unde ps. cxviij. Longe a peccatorib⁹ salus ⁊c. (Et responderunt ei discipuli sui. Unde istos poterit his quis saturare panib⁹ in solitudine). quasi diceret. locus iste desertus est: ⁊ ville multum distant. ideo non possumus habere ad satianduz tantam multitudinez populi ⁊ tam famelicum. (Et interrogauit eos. Quot panes habetis. Qui dixerunt septem(. qđ erat quasi nihil respectu tãte multitudinis. Remigius. Non interrogat dñs quasi nesciens quot panes haberent: sed ad hoc vt cū re-

sponderet septem: quo paucioꝛes dicerēt panes eo magis miraculū diffamaret̄ ꝛ notius fieret. (Et p̄cepit turbe discūbere sup terram. ꝛ accipiēs septē panes grās agēs fregit.) Multiplicauit aūt xp̄s panes pmo benedicēdo: per qd̄ in struimur ꝙ cibū benedicere debemus. Scd̄o frāgēdo: ad innuendū ꝙ in nr̄is cōuiuijs pauperibꝰ panem frāgere debemus. Tertio gratias agēdo: ad innuendū ꝙ in nostris refectionibꝰ grās agere debemus. Vn̄ Remigiꝰ sup Math. In eo ꝙ grās egit nobis reliquit exēplū vt de oibus donis celitus collatis grās referamꝰ. (Et dabat discipulis suis vt apponerēt: ꝛ apposuerūt turbe). Unde Beda. ꝙ dn̄s discipulis dedit panes vt apponerent turbe: designat ꝙ spūalis sciētie dona tribuit aplis. ꝛ per eorum ministeriuȝ voluit eccl̄ie vite cibaria distribui. (Et hēbāt paucos pisciculos quos simlr̄ benedixit: ꝛ iussit apponi). Unde notādum ꝙ dn̄s dedit eis panes: ꝛ panis ē cibus quo sustentat̄ vita: ꝛ significat verbū dei: ꝛ dđit eis pisces ad cōdimentuȝ cibi: per quos signant̄ exēpla. Et ita dn̄s designauit ꝙ pani .i. verbo dei addenduȝ est cōdimentū boni exēpli. magis enī suadēt exēpla q̄ꝫ verba. (Et sustulerūt qd̄ superauerat de fragmētis septē spoꝛtas). Jacobꝰ. Uoluit aūt xp̄s vt colligerēt fragmēta. pmo propter exēplū. in hoc datur nobis exemplū vt ea q̄ nobis superfunt: vel etiaꝫ ea que nobis ieiunando subtrahimus: pauperibus erogemus. Unde Augustinꝰ. De tuo ieiunio fames pauperis satietur. Secūdo propter documētū vt ex hoc instruamur ꝙ illis q̄ sūt misericoꝛdes pauperibus tempoꝛalia multiplicant̄. hoc patet. iiij. Regum. xviij. in vidua que helyā pauit: cui dn̄s farinam multiplicauit ꝛ oleum. (Erant autē qui manducauerāt quasi quattuoꝛ milia). scilicet viri: exceptis mulieribus ꝛ paruulis qui in lege nō numerabantur. (ꝛ dimisit eos) scilicet redire ad ppꝛia. Circa presens euangelium vbi dicitur. Accepit Jhesus septem panes. Est diligenter notandū ꝙ hec refectio differt ab illa de quinqꝫ panibus oꝛdeaceis ꝛ duobus piscibus quam ponit Johānes in euangelio suo ꝑtū ad sex. Pꝛimo quia ibi fuerunt quinqꝫ panes. hic vero septem. Secūdo quia ibi fuerunt oꝛdeacei: hic vero triticei. Tertio quia ibi fuerūt duo pisces solū: hic vero plures licꝫ pauci ꝛ parui. Quarto qꝛ ibi sederunt super fenum: hic vero super terram. Quinto quia ibi fuerunt quinqꝫ milia hominū ad mā ducandū: hic vero quatuoꝛ milia Sexto quia de illis duodecim coꝑhini fragmentoꝝ fuerunt eleuati: hic aūt septē spoꝛte fuerunt eleuat e plene.

Dn̄ica octaua post pēthecostes euāge. scd̄ꝫ Math. vij





In illo tpe. Dirit ihs. d. s. Attē dite a falsis prophetis q̄ veniūt ad vos in vestimētis ouiū: intrinsecus autem sūt lupi rapaces. A fructibus eorū cognoscetis eos. Nunq̄d colligūt de spinis vuas: aut de tribulis ficus. Sic ois arbor bona fructus bonos facit: mala autem fructos malos facit. Nō pōt arbor bona fructus malos facere: neq̄ arbor mala fructus bonos facere. Ois arbor q̄ nō facit fructū bonū excidetur: & in ignē mittetur. Igitur ex fructibus eorū cognoscetis eos. Nō omīs q̄ dicit michi dñe dñe: intrabit in regnū celorū: sed q̄ facit volūtatē patris mei q̄ in celis est: ipse intrabit in regnū celorum.

¶ Postilla.

¶ Attēdite a falsis pphetis. Mathei. vij. Luce. vi. Historia huius euāg. facta est āno xpi. xxxi. ij. Id⁹ Julij. fer. v. luna. xvi. inditiōe. iiij. Ante initiū presentis euāgelij scribit fact⁹ Math. in eodē ca. q̄ xps dixit discipulis suis. Oīa quecūq̄ vultis vt faciāt vob hoies & vos facite eis similiter. hec est eīn lex & pphete. Intrate per angustā portā: q: lata est porta & spaciosa via q̄ ducit ad perditionē. & multi sūt qui intrāt per illā. q̄ angusta porta & arta via q̄ ducit ad vitā: & pauci sunt q̄ inueniūt eā. Et postmodū statim seq̄tur euāgeliū hodiernū. (Attēdite a falsis pphetis) In hoc euāgelio docet dñs fideles suos sibi diligēter cauere a falsis pphetis & peruersis xpianis: q̄ verbis ɔfitent deū: & factis negāt. ergo dicit (Attēdite). i. diligenter cauete (a falsis pphetis) Hor. i. a deceptorib⁹: hereticis: ypocritis & falsis xpianis: & huiusmōi. Et hoc ideo ne tales corrupta vita sua & malis moribus fideles alliciant ad mala. & singulariter āmonet eos cauere sibi ab ypocritis dicēs (q̄ veniūt ad vos in vestimentis ouiū) idest sub simulatiōe exterioris sanctitatis (intrinsecus aūt sunt lupi rapaces) quia interius sunt pleni

k



malo: simulātes exteriorē sanctitatē ppter inanē gloriā ⁊ mundanā laudē. aut propter tp̄alia aliqua cū alioꝝ dāpno (a fructibus eoꝝ) .i. operib⁹ (cognoscetis eos). f. finaliter: quia hypocrite ⁊ heretici diu latere nō possūt quin erūpāt in aliquo signo per qd̄ se prodāt quia sicut nunq̄ͣ vel vix potest ignis abscondi q̄ fumū nō emittat: sic simulator vix potest diu latere q̄n signo vbo vel opere seipm̄ ostēdat (Nunq̄d colligūt de spinis vuas) .i. opera iusticie (aut de tribulis ficus). f. humilis cōuersatio nis ad deū (sic om̄is arbor bona) idest homo habēs bonā volūtatē (bonos fructus facit) Ly. q̄ talis vt sic semper facit opa bona. Un̄ Orige. Arbor bona est bonus homo habēs bonā volūtatē. radices sunt cogitatiōes. folia verba. fructus opera. Notādū q̄ homo bonus potest bonā volūtatē deserere: ⁊ sic mala arbor fieri. vbi gr̄a: Judas q̄ diu in vocatiōe aplica p̄ māsit bona arbor fuit: ⁊ postmodū malū fructū p̄tulit quādo xp̄ꝫ tradidit. Magdalena in p̄mis mala arbor fuit qn̄ peccauit: ⁊ postmodū bona arbor qn̄ penituit. ⁊ sic tūc bonū fructū protulit (Ois arbor q̄ nō facit fructū bonū exci detur) Gor. a consortio omniū beatoꝝ: quod est grauissimū in dānatis suppliciū (⁊ in ignē mittet) scꝫ gehenne. Chrisosto. Due sunt pene. excidi: ⁊ in ignem mitti (igitur ex fructibus eoꝝ cognoscetis eos) scꝫ in futuro. Quis heretici ⁊ hypocrite ⁊ falsi xp̄iani in hoc seculo quādoq; non plene cognoscantur: tamen peracto presenti seculo ex fructibus. i. ex finalib⁹ eorū premijs ⁊ retributionibus manifeste cognoscentur quales fuerunt. (Non om̄is qui dicit michi dn̄e dn̄e intrabit in regnū celoꝝ.) Semel dicit q̄ credit corde. Bis q̄ etiā fidē confitetur ore sed nō opere. ⁊ talis nō intrabit in regnū celoꝝ. (sed qui facit volūtatem patris mei qui in celis est) idest qui habet veram fidem xp̄i in corde: ⁊ eandem confitetur ore. ⁊ cum hoc operatur opera ad fidem pertinētia: ⁊ maxime qui seruat mandata dei Talis dicit ter dn̄e: ⁊ talis facit voluntatem dei. ⁊ sic consequenter (ipse intrabit in regnū celoꝝ.) vt patet Mathei. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. ¶ Circa presens euangeliū vbi dicitur. Om̄is arbor bona bonos fruct⁹ facit. Notandū q̄ Hugo de prato dicit. q̄ opus virtutis dicitur bonū propter quinq;. Primo quia est a bono. scꝫ deo. Hoc patet q̄a ipse est optimū ⁊ summū bonuꝫ. vt patet Isaye. xxvi. Om̄ia opera nostra operat⁹ es in nobis domine. Opera mala sunt a diabolo instigante ⁊ a mala volūtate operantis. vt patet Johānis. viij. Mēdax est ⁊ pater eius. Secūdo quia procedit de loco bono. scꝫ de celo vt patet Jacobi p̄mo. Om̄e datuꝫ optimū ⁊ omne donū perfectū de

surſū est. rc. Item procedit de cor de bono. vt patet Mathei. xij. Bonus homo de thesauro bono cordis sui profert bonū: malum autē opus de malo procedit. scʒ de regione demonū. de concupiscētia carnis ⁊ de malicia mūdi. vt patet. i. Iohānis. v. Totus mūdus in maligno positus est. Tertio quia facit hominē bonū. Nichil em̄ est quod facit hominē bonū nisi opus virtutis. neqʒ dignitas: neqʒ diuitie. neqʒ sciencia. neqʒ aliquid aliud. Unde Aristoteles. ij. Ethi. Uirtus est que habentem bonuʒ facit ⁊ opus eius laudabile reddit Malū autem opus hominē malū facit qui tamen naturaliter bon⁹ est. vt patet Osee. ix. Facti sunt ab hominabiles sicut ea que dilexerunt. Quarto bonū opus omnibus placet ⁊ sapit habentibus rectum ⁊ non infectū gustum. Nam bonū est quod oīes homines appetunt. Unde Boecius de consolatione philosophie. Mentibus hominū naturaliter inserta est cupiditas veri boni. rc. Etiā ipsis malis bonū opus videtur bonū: q̄uis interdum propter corruptionem gustus non sapiat ipsis malis. Unde patet φ bonū opus deo ⁊ hominibus placet. vt patet Ecclesiastici. xlv. Dilectus deo ⁊ hominibus moyses: quia scilicet bonus erat. rc. Malum autem quasi oīibus displicet: ac etiā ipsis malis quando scilicet ratione vtuntur ⁊ redeunt ad seipsos. Quinto quia ad locum bonū ducit. scʒ ad celum qui est locus beatorum. vt patet. Mathei. xxv. Uenite benedicti patris mei possidete. rc. Mala autem opera ad malū locuʒ ducunt. scilicet ad infernū. vt patet Luce. xvi. Mortuus est diues ⁊ sepultus est in inferno. Unde etiam Mathei. xxv. Ite maledicti in ignē eternum. ⁊ cetra.

¶ Dn̄ica. ix. post octa. pēthe. Euangel. Scd̄m Lucā. xvi.



In illo tp̄e. Dixit ih̄s discipl̄is suis parabolaʒ hanc. Homo q̄daʒ erat diues q̄ habebat villicū. Et hic diffa⸗

matus est apud illū quasi dissipasset bona illius. Et vocauit eū ꝛ ait illi. Quid hoc audio de te. Redde rationē villicatiōis tue:iam enī nō poteris villicare Ait aūt villicus intra se. q̄d faciā:q꞉ dñs meꝰ aufert a me villicationē. Fodere nō valeo:mēdicare erubesco. scio quid faciā: vt cū amotus fuero a villicatione recipiant me in domos suas. Conuocatis itaqꝫ singulis debitoribus domini sui:dicebat p̄mo. Quantū debes dñō meo. Et ille ait. Centū cados olei. Dixitqꝫ illi. Accipe cautionē tuā ꝛ sede cito scribe quinq̄ginta. Dein de alio dixit. Tu vero q̄ntum debes. Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas ꝛ scribe octuaginta Et laudauit dñs villicū iniq̄tatis quia prudēter fecisset:q꞉ filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego dico vobis. Facite vobis amicos de mamona iniq̄tatis:vt cū defeceritis recipiāt vos ī eterna tabernacl'a.

Postilla.

Homo quidā erat diues. Luce.xvi. Historia huius euāgelij facta est āno xp̄i.xxxij. v.kl' octobris.dñica.luna.xiij.indictōe.v. Ante initiū illius euangelij scribit sanctus Lucas de filio pdigo qui dissipauit oēm substantiā suam viuendo luxuriose. Et postmodū cepit egere ꝛ cupiebat implere ventrē suū de siliquis quas porci mādůcabant:ꝛ nemo illi dabat. Qui surgēs vēit ad patrē suū dicēs. Pater peccaui in celū ꝛ corā te: iā nō sū dignus vocari filiꝰ tuus. Quo modo pater cum gaudio suscepit eū:ꝛ fecit conuiuiū suū dicēs. hic filiꝰ meus mortuus erat ꝛ reuixit: perierat ꝛ inuētus est. Hoc euāgeliū legit' in q̄dragesima. sabbo ante dñicam Oculi mei. Tunc postmodū seq̄tur euāgeliū hodiernū. (Homo quidā.) Ly.i.ipse deus p nob humanatꝰ (erat diues) q꞉ ipsius sunt celū ꝛ terra ꝛ oīa in eis cōtenta. Vn̄. p̄s.xxiij. Dñi est terra ꝛ plenitudo eiꝰ orbis terrarꝫ ꝛ vniuersi q̄ habitāt in eo. (qui habebat villicū) Ly.i.dispēsatorem cui tradidit bona sua ad dispensandū Et sic quilibet homo est villicus dei:eo q deus cuilibet homini cōmittit gubernādas: ꝛ ad volūtatē dñi sui dispensandas triplices res scꝫ res tp̄ales. corpus ꝛ aīam. Et hoc est cōtra illos qui dicūt. Ego sum dñs oīm facultatū mearꝫ. Vn̄ Ambro. Bona hoīs nō sunt q̄ secū ferre nō pōt (hic diffamatꝰ est apud illū quasi dissipasset bona illius) q̄d frequēter cōtingit quādo

quis male vtitur his que ei a deo cōmissa sunt. s. expēdendo in superbia. in crapula. in luxuria. et sic de alijs. vel vires sui corporis in peccatis consumit (et vocauit illū) Gor. vocat dn̄s quēlibet hoiem inspirationibus interius. predicatōibus exterius. beneficijs. flagellis: et incutiēdo terrorē extremi iudicij: et timorē eterne dāpnationis (Et ait illi. quid hoc audio de te) quasi dicat: est ne hoc verū. dissipasti tēporalia. inquinasti corpus: et animā in peccatis tuis occidisti (redde rationē villicatōis tue) qd̄ erit ī morte hois. tūc em̄ oportz hoiem reddere rationē de omibus sibi commissis vsqz ad vltimū quadrātem (ait autē villicus intra se. Quid faciā) Sic peccator intra se cogitare debet: quid faciā vt eternā dāpnationē euadā (quia dn̄s meus aufert a me villicationē) idest dispensationē omniū rerū michi cōmissarū. qr tunc amplius nō erit tēpus merendi neqz penitēdi (fodere nō valeo: mendicare erubesco) Considerandū est qp in alia vita homo nō potest bona operari quibus mereatur et iuuet ad gloriā: nec pōt mendicare. i. orando obtinere tunc veniā peccatorū aut augmentū glie. quia tempus presentis vite cōparatur estati. Alia vero vita. s. futura est similis hyemi: quia que homo hic seminat: ibi et metet (Scio quid faciā: vt cum amotus fuero a villicatione) idest cū per mortez subtractus fuero a presenti vita: in qua potest homo mereri vel demereri (recipiant me in domos suas) idest per eorū suffragia et merita recipiāt in vitam beatā in regnū celorū: que domus pauperū est vt patet. Mathei. v. Beati pauperes spiritu qm̄ ipsorū est regnū celorū (Cōuocatis singulis) Gor. idest singulatim (debitoribus dn̄i sui) singulatim alloquebatur vt quilibet reputaret sibi factū beneficiū speciale nesciens qp alij etiā facta esset relaxatio. Scd̄o ne indignaretur aliquis ipsorū: qr plus remitteret alij q̄z sibi. nec relaxat totum vt magis lateret dn̄m suū (dicebat primo. Quātum debes dn̄o meo: At ille dixit. Centū cados olei) Beda. cados grece est amphora latine continens tres vrnas. (Dixit illi. Accipe cautionē tuā) Gor. Cautio est instrumentū quod ad cautelam de cōtractu debiti ppria manu scriptū est: quod alio noie dicitur cyrographū (et sede cito scribe quinquaginta) et sic dimidiaz partem annaliū reddituū ei dimisit. (Deinde alio dixit. Tu q̄tuz debes. Qui ait. centū choros tritici) Gorra. Chorus triginta modijs impletur. et chorus est mensura aridorū: cados liquidorū. (Ait illi. Accipe littras tuas et sede et scribe octuaginta) Gor. et sic quintā partē debitorū dimisit ei. Preciosius est autē oleū q̄z triticū sustentamentū. Ideo preponit debitorem olei debitori tritici. (Laudauit autē dn̄s villicū iniquitatis) idest villicum

iniquũ. Uillicus fuit iniquus du/plici iniqtate. Primo quia bona dñi sui dissipauit. Secũdo qz de re siduo furatus est. Laudauit eũ. nõ simpliciter: sed fm quid. qz vt di/cit glosa. nõ laudauit eũ de fraude sed de prudẽtia: qz sibi prouidit in posterũ (quia filij hui⁹ seculi) Ly ra. idest hoïes tpalib⁹ intenti (pru dentiores). i. magis astuti ⁊ serui/di sunt in tpalibus negotijs agen dis (ꝙ filij lucis.) id ẽ ꝙ homines spiritualibus deputati: sicut in ne gocijs spũalibus. Et hoc videm⁹ ad sensum frequẽter accidere. Cu/ius vna ratio est corruptio nature propter ꝙ homo pnior est ad ma lũ ꝙ ad bonũ. Alia ratio est: quia bona tpalia sunt presentia. ⁊ ideo fortius mouẽt animũ. qz fm Ari/stotelẽ. Presẽs obiectũ mouet sen sũ; (Et ego dico vob) Hic dñs pa rabolã istam adaptat ad nostrã e ruditionẽ ⁊ salutẽ: ⁊ ad elemosina rũ largitionẽ (facite vob amicos) idest pauperes, ⁊ bonos homines ⁊ etiã sanctos angelos (de mãmo/na iniquitatis) Mamon est demõ tentãs de diuitijs male acquirẽdis Dicũtur autẽ diuitie mãmona ini quitatis: qz freqũter ad iniquita tẽ inducũt. quia faciũt hominẽ su perbire. inebriari. luxuriari. lude/re. ⁊c. Unde Augusti. Oĩs diues aut est iniquus: aut heres iniqui. Itẽ qz raro sine pctõ acquirũtur. Unde apls. Qui volũt diuites fie ri incidũt in laqueos diaboli. Itẽ qz ineqliter possidẽtur ab hoĩbus

Nã vnus in ipsis abũdat ⁊ ali⁹ pa rũ aut nichil de ipsis habet (vt cũ defeceritis) Ly. i. in vita p morte. (recipiãt vos in eterna tabernacu la). i. per sua merita ⁊ suffragia im petrẽt apud deũ vos finaliter reci pi ĩ vitã eternã. ¶ Unde circa pre/sens euãgel. vbi dicit. facite vob amicos de mãmona iniquitatis. Notandũ ꝙ qtuor modis possu/mus nob facere amicos cũ rebus tẽporalib⁹. Primo cũ integre resti tuũtur heredib⁹ ea q̃ per rapinam vel per furtũ male habita sũt. Et similiter petit̃ remissio de iniuria eis illata: differendo restitutionẽ. Secũdo cũ ignorat̃ cui restituat: ⁊ tunc de consilio cõfessoris pau/peribus erogetur Tertio cũ aliqs cõtra institutionẽ ecclesie lucrat̃. vt laborãdo dieb⁹ festiuis vel ali/ter: ita tamẽ ꝙ nõ tenet̃ ad restitu tionẽ: vt est lucrũ de iure meretri/cio. Tunc enĩ faciẽda est medicina vnde facta sunt vulnera. ⁊ danda est de hoc elemosina pauperibus Quarto faciẽdi sunt amici de diui tijs que iniqz seruãtur cũ nimia te nacitate. Pot enĩ q̃s dãpnari eo ꝙ nõ sua: vt patz Mathei. xxv. Disce dite a me maledicti in ignẽ eternũ. Esuriui ⁊ nõ dedistis michi man/ducare. Unde diues epulo dãnat⁹ est: quia nõ dedit sua. vt patet in euãgelio. Luce. xvi.

¶ Dñica. x. post octa. pẽthe. Euãgeliũ. Scdm Lucã. xix.




N illo tpe. Cũ appropinquasset ihs iherusalẽ videns ciuitatẽ fleuit super illã dicens. Quia si cognouisses ⁊ tu: ⁊ quidẽ in hac die tua que ad pacẽ tibi. nunc autẽ abscõdita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: ⁊ circundabũt te inimici tui vallo: ⁊ circũdabũt te ⁊ coangustabunt te vndiq3: ⁊ ad terram prosternẽt te ⁊ filios tuos qui ĩ te sũt. Et nõ relinquent in te lapidem super lapidem: eo ꝙ nõ cognoueris tempus visitationis tue. Et ingressus in templũ cepit eijcere vendentes ⁊ emẽtes: dicẽs illis. Scriptũ est: quia domus mea domus oratiõis est. vos autẽ fecistis illã speluncã latronũ. Et erat quotidie docens in templo.

Postilla.


Cũ appropinquasset ihs iherusalem. ⁊c. Luce. xix. Historia huius euãgelij facta est anno xpi xxxiij. xiij. Kl' Aprilis. dñica palmarũ. luna. x. inditione. vi. Ante initium illius euãgelij scribit sanctus Lucas in eodem capitulo. ꝙ dñs ihesus cum in die palmarũ appropinquaret ad descensum montis oliueti: ceperun tturbe; descendentiũ gaudentes laudare deum voce magna super oñibus quas viderant virtutibus dicentes. Benedictus qui venit rex in nomine dñi: pax in celo ⁊ gloria in excelsis. Et quidam phariseorũ de turbis dixerunt ad illum. Magister: increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait Dico vobis quia si hij tacuerint lapides clamabũt. Tunc sequitur euãgelium hodiernũ (Cum appropinquaret ihesus iheruralẽ) Lyra Non solũ corporis gressu: sed etiam compassionis affectu (videns ciuitatem) scilicet iherusalẽ: in qua diu viguerat cultus diuinus (fleuit super illã) Lyra. scz fletu compassionis. tum propter mala culpe q̃ ibi multiplicata fuerunt. tum propter mala pene q̃ futura immine-

bant. Notandū q̄ xp̄s quater fle uit. Primo in natiuitate. vt p3 Sa pientie. vij. Primā vocē similē omi bus emisi plorās. Unde etiā cani tur. Uagit infans inter arta posi tus presepia. Scdo in lazari susci tatione. Tertio super ciuitatē ihe rusalē. Quarto in sua passione. vt patz. Hebre. v. Cū clamore valido ꝛ lachrimis exauditus est (q2 si co gnouisses) Glo. f. ruinā ꝛ subuer siōnē que tibi imminet (ꝛ tu) sup ple fleres. (ꝛ quidē in hac die tua) sc3 prospera in qua facis volunta tem tuā (q̄ ad pacē tibi). f. modico tp̄e duraturā. ꝛ ideo nunc gaudes: q2 imminētia nō vides (nūc autez abscōdita sunt ab oculis tuis) sc3 mala q̄ futura sunt tibi (q2 venient dies in te ꝛ circūdabunt te inimici tui) Glo. p̄ncipes romani cū exer citu valde forti (vallo) ad Ierm: q2 tres aggeres dicūtur romani fecis se circa iherusalē capiendā (ꝛ coā gustabūt te vndiq3). f. cōcludēdo ꝛ prohibēdo introitū ꝛ exitū ꝛ in troductionē victualiū ꝛ armoꝝ. Unde Josephus dicit. q̄ pre angu stia famis: mulieres pueros prop os comederūt (ꝛ ad terrā p̄sternēt te) Capta em̄ ciuitate turres ꝛ mu ros diruerūt: ꝛ cūcta edificia eiece rūt i terrā (ꝛ filos tuos q̄ in te sūt) Glo. i. habitatores tuos aliquos occidēdo: aliquos captiuādo (Et nō relinquēt in te lapidē sup lapi dē). f. fundit⁹ euertēdo. Hociā pa tet ad oculū: q2 sepulchrū xp̄i qd̄ olim erat extra ciuitatē: iam est in medio ciuitatis (eo q̄ nō cognoue ris tp̄s visitatiōis tue). f. quo crea tor oīm per incarnatōis mysteriū ꝛ per p̄dicatiōis officiū te visitare dignat⁹ ē. quē nō recepisti: sz vsq3 ad morte persecut⁹ fuisti. Sciendū q̄ misericors deus nō statī punit hoies cū peccāt: sed prolōgat ip sis vitā p̄pter emendā. Sicut ho mo cū videt forame in sotularib⁹ vel in vestimētis suis: non statim eos p̄icit: sed facit eos refici quo usq3 nō sit ampli⁹ spes de reparati one ipsoꝝ. Sic dn̄s ih̄s xp̄s nō sta tim puniuit ih̄rlm: sed per quadra gintaduos ānos p̄trarit. sed q2 in uenit eā incorrigibilē: tūc permi sit eā destrui a romanis p̄ncipib⁹ sc3 Tito ꝛ Uespasiano (ꝛ ingressus templū) ꝛ hoc p̄pter nr̄am instru ctionē. Unde Chriso. Tu xp̄i imi tator fact⁹: cū ingressus fueris ali quā ciuitatē: ante oēm actū ad ec clesiā curres: q2 p̄priū boni filij est vt veniens p̄mo currat ad do mū patris. (Cepit eijcere vendēn tes ꝛ emētes) Ly nā sacerdotes p̄ pter cupiditatē ꝛ auaritiam suā in primo atrio tēpli fecerūt tria loca venalia vt aduenientes si nō habe rent quid offerrēt inuenirēt ibi ad emendū. ꝛ si aliqui nō haberēt vn de emerēt: posuerūt ibi nūmulari os a quibus acciperēt mutuo pe cuniā. Sed queritur hic. quare nō resisterūt xp̄o. Respondet Lyra. q̄ ex oculis ei⁹ ꝛ facie exibat q̄dā fulgor terrens eos: ita q̄ non au debant resistere. sicut etiā in voce

sua terruit eos qui veniebāt ad ca
piendū euz. q̇ cū audirēt ip̄m dicē
tem: ego sum: abierūt retrorsum ⁊
ceciderūt i terrā. vt hēt᷑ Joh̄. xviij
In volūtate xp̄i erat ōndere infir
tatem assumptā: ⁊ etiā sue diuini-
tatis virtutē. (dicēs illis. Scriptū
est eni) Isa. lvj. (Dom⁹ mea) Gor.
idest meo cultui dedicata. In q̇b⁹
verbis ōndit se esse deuz. q̄ tēplū
solius dei est. (domus ōonis est).
nō domus negociatiōis: nō vane
locutionis: nō spectaculorū. Et iō
dicit Augu. in regula. in oratorio
Nemo aliq̇d agat nisi ad q̇d factū
est: vnde ⁊ nomē accepit. (Uos āt
fecistis illā speluncā latronū). q̄
ipi nō curabāt de cultu dei: sed de
excoriatione ppl̄i per astutias ex-
quisitas. Spelunca aūt latronum
dicit᷑ esse locus vbi spolia q̄ rapi
untur ponunt᷑. ⁊ hoc fecerunt sa-
cerdotes de tēplo: vt iā dictuz ē. (⁊
erat docens quotidie in templo).
Unde Grego. Redemptor noster
nec indignis nec ingratis predica
tiōis verba subtraxit. In hoc dat
nobis exemplū predicandi. No-
tandum q̄ illi ad quos pertinet vt
predicēt frequēter debēt predicare
⁊ q̇ hoc negligunt: multas cōmi-
nationes q̄ habent᷑ in sacris scri-
pturis f̄m Guil. incurrunt. Unde
Ezech̄. xxxiij. Si dicēte me ad ip̄iū
impie morte morieris: ⁊ nō annū-
ciaueris: nec locut⁹ fueris vt se cu
stodiat ip̄ius a via sua: ip̄e ip̄i⁹ in
ip̄ietate sua morietur. sanguinē eius
de manu tua requirā. Un̄ Isa. vj.
Ue mihi q̄ tacui. q̄ vir pollutus
labijs ego sum. Itē. j. ad Corinth.
ix. Ue mihi est si nō euāgelizauero
vobis. Circa p̄ns euāgeliū vbi d᷑
Uidēs ciuitatē fleuit sup eā. Notā
dum q̄ vt ex scriptura haberi pōt
quadruplex est fletus xp̄i q̇ signat
quadruplicē fletum quē in hac vi
ta hr̄e debemus. Primus est flet⁹
infantie. Sicut de xp̄o canit᷑. Ua-
git infans iter arta positus p̄sepia
Un̄ Sap̄. vij. Similē vocez oībus
emisi plorās. qui significat fletum
quem debemus hr̄e pro incolatu
p̄ntis miserie. Un̄ Augu. Puer q̇
nascit᷑ a ploratu incipit: nec ride-
re potest statim natus plorat pro
pheta sue calamitatis. Scd̄s ē fle-
tus quo fleuit sup lazarum ad vi-
tam eum reuocando. q̇ significat
fletum quē hr̄e debemus pro pa-
trie dilatiōe. Un̄ p̄s. cxix. Heu mi-
hi q̄ incolatus meus prolonga-
tus est. Tertius ē flet⁹ quo fleuit
sup ciuitatem hierusalē in die pal
maruz. q̇ significat fletuz quē hr̄e
debemus pro cōpassione miseroꝝ
vt patz Jere. ix. Quis dabit capiti
meo aquā: ⁊ oculis meis fontē la-
chrimaruz: ⁊ plorabo die ac nocte
interfectos filie ppl̄i mei. Un̄ etiā
ij. Coꝛ. xj. Quis infirmat᷑ ⁊ ego
non infirmor. q̇s scādalizat᷑ ⁊ ego
nō vror. Quart⁹ ē fletus quo fle-
uit in cruce. vt pz ad Hebre. v. Cū
clamore valido ⁊ lachrymis offe-
rens exaudit⁹ ē pro sua reuerētia.
q̇ significat fletū quē hr̄e debem⁹
in cruce p̄nie ex cōpūctiōe pctōꝝ.

Unde ps.vj. Lauabo per singulas noctes lectum meum. idest cormeũ ꝛ faciez anime mee. Sic fleuit ꝛ lauit magdalena ꝛ mundata est. Luce.vij. Sic fleuit ꝛ lauit petrus pctm̃ suũ. vt pꝫ Luce.xxij. Egressus foras fleuit amare.

¶ Dñica.xj.post octa.pẽthe. Euãgeliũ scd̃m Lucã.xviij.





In illo tp̃e. Dixit iesus adquosdaꝫ qui in se cõfidebant tanq̃ꝫ iusti:ꝛ aspernabantur ceteros parabolã istã Duo hoĩes ascẽdebãt in templum vt orarent vnus phariseus:ꝛ alter publicanus. Phariseus stans hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominũ:raptores:iniusti:ꝛ adulteri:velut etiã hic publicanus Jeiuno bis in sabbato. Decimas do oĩuꝫ que possideo. Et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad celum leuare sed pcutiebat pectus suũ dicens. Deus propicius esto mihi peccatori. Amẽ dico vobis:descendit hic iustificatus in domũ suaꝫ ab illo. quia oĩs qui se exaltat humiliabitur:ꝛ qui se humiliat exaltabitur.

¶ Postilla.

¶ Dixit ihs ad quosdã q̃ ꝛc. Luce.xviij. Historia huius euãgelij dixit dñs anno eius.xxxiij. Kl. aprilis. dñica. luna.x. inditione.vj. Ante initiũ p̃ntis euãgelij scribit sanctus Lucas in eodem capi. q̃ xp̃us dixit parabolã istam. Iudex quidam erat in quadã ciuitate qui deum nõ timebat ꝛ hominẽ nõ verebatur. Uidua aũt quedam in ciuitate illa veniebat ad eum dicens Uindica me de aduersario meo:et nolebat per multum tẽpus. Post hoc dixit intra se. Et si deum non timeo nec hominẽ reuereor:tamẽ molesta est mihi hec vidua. vindicabo illam.s.faciẽdo ei iusticiaꝫ: ne ĩ nouissimo veniẽs sugillet me. idest suffocet me tediosis clamoribus. Lucanus. Iteꝫ sugillare idest

suffocare. strangulare. condẽnare
tunc postmodũ sequit̃ euangeliũ
hodiernũ. (Dixit iesus ad quosdã
qui in se confidebãt). i. suis meri-
tis. (tanq̃ iusti) cum tamẽ iniusti.
quia humilitatẽ nõ habebãt sine
qua nulla est iustus. (⁊ asperna-
bantur ceteros) quia non attende
bant illud. Isa. xxiij. Ue qui sper
nis: nõne ⁊ ipse sperneris. (duo ho
mines ascenderũt in tẽplũ). Lyra.
q̃ ad lrãm tẽplũ erat in alto situ
scʒ in monte moria. vt habet. ij.
paralipo. ij. (vt orarẽt) nõ ad con
fabulãdũ: nõ ad mulieres videndũ.
(vn⁹ phariseus). Gor. i. apparẽs
iustus. Pharisei enĩ distinguebãt
ab alijs in habitu: in obseruantijs ⁊
cultu religiõis ꝓpter qđ dicti sũt
pharisei. i. diuisi ab alijs hoibus.
(⁊ alter publican⁹). i. publicis ne
gocijs intẽtus q̃ de cõmuni cursu
implicãt ad pctm̃. (Pharise⁹ stãs)
Gor. Ecce supbia: cuʒ tñ flectere
genua vel aliquo alio modo se in
clinare. (hec apud se orabat. Ly.
Iste pharise⁹ ꝓprie nõ orauit: sed
magis se iactabat dicẽs. (De⁹ grãs
ago tibi). Gor. Male incepit iste
phariseus suaʒ orõnẽ. Debuit enĩ
incipere in sui accusatiõnẽ. scḋm
illud. Prouer. xviij. Justus in prin
cipio accusator est sui. In medio
supplicare ⁊ orare: ⁊ in fine grãs
agere: sicut facit sacerdos in missa
sua. Primo enĩ accusat se in gene-
rali cõfessione dicendo. Cõfiteor.
Scḋo deuʒ supplicitãr deprecatur
multiplici orõne. Et vltimo dõ re

graciat̃ in gratiarũ actione cũ di
cit. Ite missa est. vel Benedicamus
dño. Deo grãs. (quia nõ suʒ sicut ce
teri hominũ). q. d. solus iust⁹ suʒ
oẽs ceteri pctõres. (raptores: iniu
sti ⁊ adulteri). Gor. raptores enĩ
sunt qui ꝓximorũ suorũ substãtiã
rapiunt. Iniusti qui ꝑsonas eorũ
ledunt ⁊ cõprimũt. Adulteri q̃ vx
ores ꝓximoꝝ pollũt. (velut etiã
hic publican⁹) quem iudicat ⁊ cõ
dẽnat. Post hoc enumerat bona
sua dicẽs. (Jeiuno bis in sabbto.
. i. hebdomada q̃ apud iudeos to-
ta denoiabat̃ a sabbato tãq̃ a di-
gniori (decimas do oĩuʒ que possi
deo. Ly. pharisei de multis deci-
mas dabãt. vt de mẽto. de aneto. ⁊
de cymino. vt patʒ Math. xxiij. ad
qđ nõ tenebãt vt ceteris iustiores
apparerẽt (sed publicanus a lõge
stãs) Ly. Ecce dei timor q̃si nõ eẽt
dign⁹ ad altare appropinq̃re. (no
lebat nec oculos ad celũ leuare).
Ecce pudor. Quia ꝓpter pctã sua
nõ audebat celũ respicere (sed pcu
ciebat pect⁹ suũ) Ecce dolor d pec
catis cõmissis (dicẽs. De⁹ ꝓpitius
esto mihi pctõri). Ecce verã ⁊ pu
ra cõfessio Et ista iã dicta sufficiũt
ad remissionem pctõꝝ. ideo seq̃t.
(Amen). i. veraciter (dico vobis:
descẽdit hic) scilicet de templo dei
quod erat in monte. (iustificat⁹).
scilicet de impio factus iustus per
gratiam ⁊ misericordiam dei. quia
deus humilibus dat gratiam. (in
domum suam ab illo). s. phariseo
supbo: cui⁹ superbia corrũpebat

oia bona opa eius. Unde Augu. Superbia etiā bonis opibus insi diatur vt pereāt.(q2 ois q̄ se exal- tat)Ly.per supbiā.(humiliabit') per penā.(⁊ q̄ se humiliat) per ve ram cōfessionē pctōꝝ(exaltabit'). in glia per remuneratiōnē. Sicut eni in statera materiali vna parte depressa altera eleuat' ⁊ ecōuerso. Sicut in statera diue iusticie decre tuꝫ est vt qui eleuant' per supbiā in vita pn̄ti: deprimant' per penā cōfusibilē in vita futura. Et econ uerso qui spōte humiliant' in pre senti ppter deuꝫ: in futuro ad glo riā eleuabunt'. Circa pn̄s euange liuꝫ vbi dicit'. Deus ppitius esto mi pctōri. Notandū q̄ qlibet pec cator debet pro se laborare vt pe- nitētiam veram agat in pn̄ti vita. Primo propter acerbitatem ignis purgatorij. quia ignis ille est ideꝫ cum igne infernali: scd̄m Thomā de aq̄no. Unde etiā sctūs Grego. in.iiij.dialog.c.xlv. In eodem ig- ne purgat' electus ⁊ detinet' dam- natus. Unde mgr̄ sniaꝝ li.iiij.di. xliiij.c.vj. Illa pena est grauior oi bus alijs. Excedit eni oēm penam vite pn̄tis etiam quam passi sunt martyres. Scd̄o rōne diuersitatis penaruꝫ. quia ibi sunt pene diuer se scd̄m diuersitatē pctōꝝ. Est ibi ⁊ penaruꝫ modus. Nam pro men sura peccati erit ⁊ plagarū mod'. Deutro.xxv. Tertio rōne diutur- nitatis. quia ibi annus pro die cō putat'. Unde Ezech.iiij. Diē pro anno dedi tibi. diem.s.in pn̄ti tpe pro anno.s.in futuro. Quarto ra tione ifructuositatis. quia illa pe na nō valet ad meritum: sed soluꝫ ad satisfactioneꝫ. ⁊ est inuolunta- ria. Pena autē in vita presenti est volūtaria ⁊ meritoria. Quinto ra tione dānositatis. quia q̄diu ani- ma est in pena caret gloria. modo retardari a gloria excedit oēm pe- naꝫ vite pn̄tis: ⁊ p̄sertim in talib' qui nisi esset adhuc pena illi per- soluēda: statim deum viderent. q2 tales in gratia moriunt' ⁊ nihil im pedit quādo q̄s in gr̄a dei ab hac vita decedit: nisi solutio pene pro pctis pro q̄bus hic nō plene satis fecit ⁊c. Unde Hume. Nunq̄ eniꝫ a quoq̄ dei facies videbit' donec per penā venialiū peccatorū qua drans minimus persoluat'.

¶ Dn̄ica.xij. post octa. pēthe coste euāg. scd̄m Marcū. vij.





In illo tpe. Exiens iesus de finibus tyri: venit per sydonem ad mare galilee inter medios fines decapoleos: et adducunt ei surdum et mutū et deprecabātur eum vt imponat illi manū. et apprehendēs eum de turba seorsū: misit digitos suos in auriculas eius: et expuens in terrā: tetigit linguam eius. Et suspiciēs in celum: ingemuit et ait. Effeta. qd est ad aperire. Et statim aperte sunt aures eius: et solutū est vinculum lingue eius: et loquebatur recte. Et pcepit illis ne cui dicerent. Quanto autē eis pcipiebat: tanto magis plus predicabāt: et eo amplius admirabātur: dicētes. Bene oīa fecit: et surdos fecit audire: et mutos loqui.

Postilla.

Exiens iesus de finibus tyri rc. Marci. vij. Math. xv. Hoc signuz fecit dñs iesus xps anno ei[9] xxxj. xij. kl. Decēbris. feria. v. lūa xvij. indictione. iiij. Ante initiū presētis euāgelij scribit sctūs Marc[9] capi. vj. qd vbicūqz dñs iesus introibat in vicos vel in villas aut in ciuitates: in plateis ponebānt infirmos: et deprecabant eum vt vl fimbriā vestimēti eius tangerēt. et quotquot tangebāt eum salui fiebant. Postmodū sequit euāgeliū hodiernū. (Exiens iesus de finib[9] tyri venit per sydonē ad mare galilee) Lyra. Tyrus et sydon sunt qdam ciuitates site in terra promissionis prope montē lybani. Mare galilee est quidā lacus per quem trāsit iordanis (inter medios fines decapoleos.) Unde Jacob[9]. Decapoleos est regio decē vrbiuz trās iordanē ad oriētē. Et cū venisset iesus xps ad locū illū. (adducūt ei surdū et mutū) nō erat talis a natiuitate: nec ab infirmitate superueniente: sed a demone ipm obsidente eius auditū impediēte et loquelam. (et deprecabant eum vt iponat illi manum). s. vt ipm sic curaret. per qd datur intelligi qp aliqñ precibus sanctoz et etiā bonorum hoium salus alicui impetrat. (Et apprehēdēs eū de turba seorsum) Unde Jaco. per qd datur intelligi qp ille qui saluari desiderat malas societates dimittat. (misit digitos suos in auriculas eius) Lyra. Per digitos intelligit grā spūssāeti quā infundit xps in cor pctoris. (et expuens in terrā tetigit linguam eius) per saliuā sapia diuina intelligit. Tho. Oia q in xpi corpore fuerūt sancta et diuina fuerūt siue vestimēta eius: siue digiti ei[9] siue sputū eius. Et ideo aliquādo curabat per tactū vestimentoruz:

aliquãdo per digitum: aliquãdo per sputũ. sicut p3 hic in euãgelio (Et suspiciẽs in celum) per qd do cet nos vt sepe ad celũ respiciam⁹ q2 ibi est amic⁹ nr̄: auxiliũ nr̄m: ⁊ hereditas nr̄a. (ingemuit) qd̄ face re voluit vt ostẽderet hũane natu re veritatẽ. Itẽ vt ostẽderet pctõri bus gemẽdi necessitatẽ. q2 qui sa nari vult a pctis prius debet inge mere. vt p3. Ezech. xviij. In qua cunq3 hora pctõr ingemuerit ⁊c. (⁊ ait. Effeta. qd̄ est adapire) Lyra Ostẽdẽs se verũ deu3 curãdo per imperiũ. (⁊ statim apte sunt aures eius. ⁊ solutũ est vinculum lingue eius: ⁊ loquebat̄ recte) Jacobus. Uinculũ lingue tũc solutũ est qñ hõ lingua vtit̄ ad orationẽ: ad p̄ ximi edificationẽ ⁊ informationẽ: ad pctĩ cõfessionẽ: ⁊ ad dei laudẽ. (⁊ pcepit illis ne cui dicerẽt) vt va nam gloriã fugiendã esse doceret. (Quãto aũt eis pcipiebat: tanto ampli⁹ predicabãt) Unde Augu. Per hoc xp̄s volebat pigris ostẽ dere cũ quãto feruore pdicare de bent: qbus iubet vt pdicẽt qñ illi qui phibent̄ tacere non poterãt. Lyra. Bñficiatus de bñficijs acce ptis debet se gratũ ondere ⁊ bñfa ctorẽ laudare: q̄uis bñfactor hoc nõ q̄rat. (⁊ eo ampli⁹ ãmirabãt̄) Ly. De tãta hũilitate (dicẽtes. Be ne oĩa fecit. ⁊ surdos fecit audire. ⁊ mutos loq̄) Circa pñs euãgeliũ vbi dr̄. Suspiciẽs in celũ. Notãdũ q̄ Hugo de prato dicit q̄ quater legimus iesum oculos subleuasse. Primo passurus: vt pat3 Joh̄. xvij. Cum subleuasset oculos iesus ⁊c. Secũdo respõsu3 lẽgisperito datu rus: vt patet Luce. x. Tertio sur dum ⁊ mutum sanaturus: sicut p3 in verbis premissis. Suspiciẽs in celum ⁊c. Quarto lazaru3 suscita turus. vt patet Johis. xj. Ubi sci endum q̄ oculis mentis nostre ce lum respicere debemus ⁊ ad ipm̄ anhelare: ⁊ hoc propter tria. Pri mo quia ciuitas nostra ẽ vbi per petue manere debemus. vt patet Hebre. xiij. Nõ habemus hic ma nentẽ ciuitatẽ: sed futuram inqui rim⁹. Exemplũ de illis qui in alie na patria demorant̄ quomõ cor ad terram suam ponũt si illuc redi re intendant. alias non habẽt ibi cor suũ si in terra in qua habitant edificant: ⁊ de patria sua amplius nõ cogitãt. Scdo quia ibi est pa ter noster ⁊ mater nostra: ⁊ fres ⁊ sorores ⁊ amici nostri: sc3 xp̄us ⁊ beata virgo ⁊ alij sancti: qui am plius nos diligunt q̄ parẽtes car nales pueros suos. Sperare etia3 debem⁹ q̄ ibi sint aie predecessor nr̄orũ qui in fide xp̄i mortui sunt. Oĩa ista trahũt desideriũ hoĩs ad celũ. Tertio q2 ibi est thesaur⁹ nr̄ sc3 merces operũ nostrorũ: ⁊ etiã meritũ xp̄i ⁊ beate virginis marie oĩum electorũ in celo existentiũ: q̄ est thesaur⁹ indeficiẽs oẽm suffici entiam hñs: q2 nec auferri nec cor rumpi põt. Magn⁹ aũt ⁊ pciosus thesaurus multũ trahit cor hoĩs: vt patet Mathei. vj. Ubi est the

saurus tuus: ibi est ꝛ cor tuū.

¶ Dñica. xiij. post octauas penthecostes euāgelium scdm Lucam. x.





In illo tpe. Dixit ihs discipłis suis. Beati oculi qui vidēt que vos videtis. Dico eni vobis ꝙ mlte pphete ꝛ reges voluerūt videre q̄ vos videtis ꝛ nō viderūt: ꝛ audire q̄ vos auditis ꝛ nō audierūt. Et ecce qdam legisperitus surrexit tēptās illū: ꝛ dicēs. Magister: quid faciendo vitā eternā possidebo. At ille dixit ad eum. In lege quid scriptū est. Quomō legis. At ille respondens dixit. Diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo: ꝛ ex tota anima tua: ꝛ ex oībus viribus tuis: ꝛ ex omni mente tua ꝛ proximū tuum sicut te ipm. Dixitqꝫ illi. Recte respondisti. Hoc fac ꝛ viues. Ille aūt volens seipsum iustificare dixit ad ihesum. Et quis est meus proximus. Suspiciēs autē ihesus dixit. Homo quidam descendebat ab hierusalem in hiericho ꝛ incidit in latrones: qui etiam despoliauerūt eum: ꝛ plagis impositis abierūt semiuiuo relicto. Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via ꝛ viso illo preteriit. Similiter ꝛ leuita cum esset secus locuꝫ ꝛ videret illū pertrāsijt. Samaritanus aūt quidam iter faciens venit secus eum: ꝛ videns eum misericordia motus est: ꝛ appropians alligauit vulnera eius: infundēs oleum ꝛ vinum. Et imponens illum in iumentum suum duxit in stabulum: ꝛ curam eius egit. Et altera die ptulit duos denarios ꝛ dedit stabulario: ꝛ ait. Curam illius habe: ꝛ quodcūqꝫ superoga-

neris ego cum rediero reddaz tibi. Quis horū triū videtur tibi proximus fuisse illi qui in cidit in latrones. At ille dixit. Qui fecit misericordiā in illū. ⁊ ait ihesus illi. Uade ⁊ tu fac similiter.

Postilla.

Beati oculi qui vident que vos videtis. Luce. x. Math. xiij. Ante initiū illius euangelij scribit sctūs Lucas ꝙ xp̄s dixit discipulis suis. Qui vos audit me audit: ⁊ q̄ vos spernit me spernit. Et cōuersus ad discipulos suos dixit. (Beati oculi qui vident.). s. nō solū humanitatē xp̄i: ⁊ facta exteriora cōspiciendo: sed virtutē diuinitatis latentē intelligēdo. (que vos videtis) Gō. Uiderunt enī ap̄li gratiosam p̄ntiā dn̄i nr̄i iesu xp̄i in assūta humanitate. ⁊ crediderūt eū verū deū ⁊ hoīez: ergo dicti sunt beati. Sed iudei: ⁊ pharisei: cayphas: herodes ⁊ pilatus solum viderunt foris xp̄i humanitatē: sed nō cognouerūt eius deitatē: ergo nō sunt dicti beati. Unde hiero. in omel. Illoꝝ oculos beatos dixit qui hominē videntes deū crediderūt. Ubi notandū ꝙ si beati fuerunt oculi qui viderunt xp̄m ⁊ crediderūt eū deū: multo beatiores sunt qui nō viderunt xp̄m in humanitate: ⁊ tn̄ crediderūt ip̄m verū deū in sacro eucharistie. Unde Ioh. xx. Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui nō viderūt ⁊ crediderūt. (Dico eniz vobis ꝙ multi p̄phete ⁊ reges voluerūt videre q̄ vos videtis). Sicut Isa. lxiiij. qui dixit. Utinam dirūperes celos ⁊ descēderes Item sicut aggeus qui dixit aggē ij. Ueniat desideratus cunctis gentibus. Item sicut moyses qui dixit. Mitte dn̄e quē missurus es. Iteȝ ⁊ propheta Dauid ps. cxlij. q̄ dixit Inclina dn̄e celos tuos ⁊ descēde. ⁊ plures alij (⁊ nō viderunt) Gō. Scilicȝ eo modo quo vos videtis viderūt enī ip̄m sp̄ualiter: sed isti corꝑaliter ⁊ p̄ntialiter habētes eū ⁊ ab eo q̄ volebāt interrogātes (Et ecce q̄dam legisperitus). s. pericia lr̄ali: nō intelligētia sp̄uali. Unde Ambosius sup Lucā. Quidā legisperitus verba legis tenēs ⁊ verba legis ignorans. (surrexit. s. vt melius audiret. (teptans euȝ ⁊ dicēs. Magister) Gō. Magistrū vocabat cuius discipulus esse nolebat (quid faciēdo vitā eternā possidebo) Gō. Uidet enī q̄rere humiliter cū dixit. magister. sapiēter cuȝ dixit: q̄d faciēdo. vtiliter cū audit: vitam eternaȝ possidebo. (At ille dixit ad eum. In lege q̄d scriptū ē) scȝ in lege diuina q̄ lex legum est. (Quō legis). i. quō doces discipulos tuos qui adhuc nesciūt per q̄d perueniāt ad vitā eternā. (At ille rn̄dens dixit. Diliges dn̄ȝ deū tuū ex toto corde tuo) scȝ Bern. i. sapienter (Ex tota anima). i. dulciter (Ex tota mente) idest fortiter. (⁊ p̄ximū tuū sicut teip̄m). idest ad q̄d

teipm.f.ad gratiā in presenti: ⁊ ad gloriā in futuro. vl' eo ordine quo teipm.f. infra deū ⁊ sup oīa tpalia (dixitq₃ illi)f.ihs pharisco ⁊ legis perito(Recte respōdisti)nō aūt re ete fecisti. qꝛ vt dicit glosa. xp̄us laudauit eius respōsum: nō eī⁹ factū(hoc fac ⁊ viues) quasi diceret hoc dicis ⁊ nō facis: ideo ad vitā₃ eternā nō vadis(Ille aūt).f.phariseus ⁊ legis perit⁹ (volēs iustificare seipm).i.demōstrare iustū (dixit ad ihm.et q̄s est me⁹ proxim⁹) Gor. forsitā putabat φ xp̄s dixisset: iudeus est p̄xim⁹ tuus. Et tūc respōderet oēm iudeū diligo: ⁊ sic appareret iust⁹ (Suspiciēs ihs dixit. Hō quidā descēdebat ab ihrlm in iherico)q̄ distat a ihrlm ad vnā dietā (⁊ incidit in latrones: q̄ etiā spoliauerūt eū ⁊ plagis impositis abierūt semiuiuo relicto) Erat em̄ ad lrām inter ihrlm ⁊ iherico solitudo vel desertū in quo spoliabātur aliquādo hoīes trāseūtes a latronib⁹ ⁊ occidebātur: in qua solitudine capt⁹ fuit Zedechias rex fugiens de ihrlm a satellitibus regis babilonis. vt habet' Hiere. vltio. Lyra. Moraliter tamē exponit' de pctōre descēdēte a statu iusticie in peccatū mortale: qui spoliat' a demonib⁹ ⁊ relinq̄tur semiuiu⁹. qꝛ tollitur ab eo vita gratie: remanente vita nature. Mistice etiā per homīnē iustū.ſm Gor. intelligit' adam vel oīne genus humanū. Ergo dicit'(Homo quidā).f. adā vel gen⁹ humanū (descēdebat ab iherusalem).i.de paradiso ⁊ statu immortalitatis (in iherico).i.in miserias ⁊ defect⁹ vite presentis(⁊ incidit in latrones).i.in demonū potestates (qui spoliauerūt eū).f.indumenta gratie immortalitatis ⁊ innocētie auferēdo. vt patꝫ Gene. iij. Primi parētes post pctm̄ cognouerūt se esse nudos(⁊ plagis impositis).i.naturalib⁹ vulneratis ⁊ debilitatis per peccatū(abierūt semiuiuo relicto) Homo semiuiuus relinq̄tur quādo remanēte vita nature priuatur vita gratie.(Accidit aūt vt sacerdos quidā descenderet eadē via: ⁊ viso illo p̄terijt. similiter ⁊ leuita) sacerdos legē significat q̄ data est per moysen. leuita ꝓphetas significat q̄ descēderunt post moysen. hi viderūt gen⁹ humanū sauciatū: qꝛ per legē cognitio peccati: sed nō potuerūt sanare genus humanū(Samaritan⁹ autē quidā).f. qui custos interpretatur. idest xp̄s q̄ est custos verus. (iter faciens). i.de celo descēdens in hunc mundū ꝑpter nostrā salutē (vidēs eū).f.oculo misericordie(mīſericordia mot⁹ est).f.ex passione.(⁊ ap p̄piās alligauit vulnera eius).f.in baptismo peccata eius remittēdo(infundēs oleū ⁊ vinū)Oleū infundit in vulnera cum spem penitentibus tribuit. Uinū infundit cum terrorē mortis eterne ⁊ penaꝝ inferni ⁊ diem iudicij homini incutit (⁊ imponēs illū in iumentū suū)Unde Grego. Iumētū caro ipsi⁹ est: in quo vulneratū

l

posuit quādo pctā nr̄a ipse por-
tauit sup lignū in corpore suo. vt
patet Isaye.liij. Uere lāguores no
stros ipse portauit (duxit in stabu
lū).i.in p̄sentē ecclesiā (⁊ curā ei⁹
egit) q̄r circa egrotū sollicit⁹ fuit
sicut bonus ⁊ fidelis medicus (Al
tera die) Prima dies fuit dies passi
onis. altera dies resurrectiōis: ⁊ h̄
est immortalitatis (protulit duos
denarios).i.duo testamenta (⁊ de
dit stabulario).i.summo pōtifici
scʒ petro ⁊ alijs ap̄lis: quibus a-
peruit sensū vt intelligerēt scriptu
ras veteris ⁊ noui testamēti. (⁊ ait
Curam illius habe) supple corpo-
ris ⁊ anime. Ergo dixit primo sta
bulario.s.petro. pasce oues meas
(⁊ q̄dcūq̄ superogaueris) supple
preceptis meis: scʒ consilia super
addēdo: ⁊ cū subditis ⁊ fidelib⁹ la
borādo (⁊ ego cū rediero).s.in iu-
dicio extremo. vt patet Actuū.j.
Sic veniet quēadmodū vidistis eū
eūtem in celū. (reddā tibi) q̄r dn̄s
ih̄s reddet vnicuiq̄ʒ iuxta opa sua
(quis horū triū videtur tibi prox
imus fuisse illi qui incidit in latro
nes. At ille dixit. Qui fecit miseri-
cordiā in illū) Ubi notandū. q̄ o-
pinio iudeoꝝ erat: q̄ nō quilibet
homo proximus est: sed tantū iu-
deus. ergo dicunt. iudeū proximū
suū ⁊ omnē aliū hoiem alienū. Er
go xp̄s ostendit in presenti euan-
gelio omnē hoiem esse proximum
om̄i homini qui facit ei misericor
diā. Unde ambrosi⁹ Cognatio nō
facit proximū: sʒ misericordia. vn

de etiā Augu. de doctrina xp̄iana.
Propinq̄tas generis nō facit pro-
ximū: sed opus misericordie impē
sum. Ex quo patet q̄ quilibet est
proxim⁹ noster q̄ hic viuit. quia
cuilibet potest a nob̄ impendi mi
sericordia: vel nob̄ impendere (Ait
illi ih̄s. Uade ⁊ tu fac similiter) scʒ
vt omnē hominē esse amicū ⁊ pro
ximū repiutes: ⁊ ei misericordiā im
pēdas affectu ⁊ effectu: sicut sama
ritanus illi iudeo fecit. Unde circa
p̄sens euāgeliū vbi d̄r. Beati ocu-
li q̄ vident. querit̄ in quo cōsistit
beatitudo. Respōdet̄ q̄ quidam
posuer̄t beatitudinē in bonis cor-
poris: vt epicuri. Quidā in bonis
mūdi. scʒ diuitijs. honore. potētia
⁊ sic de alijs. Quidā in v̄tutibus
moralib⁹ ⁊ cognitione creaturaꝝ
⁊ maxime substantiaꝝ separataꝝ:
vt peripatetici. Xp̄s aūt veniens
in mūduʒ q̄ ad hoc natus est vt te
stimoniū perhiberet veritati. ostē
dit q̄ in om̄ibus supradictis vera
beatitudo nō ꝯsistit: sed in visiōe
⁊ cognitione dei: dicēs. Beati ocu
li. ⁊c. Itē querit̄ hic: beatitudo cu
ius sit: scʒ an aīe vel corporis. Ad
q̄d respōdet Hugo de prato q̄ be
atitudo ꝯsistit p̄ncipaliter in cog
noscēdo ⁊ amādo ⁊ possidēdo deū
Et beatitudo p̄ncipaliter erit in a
nima q̄ deū p essentiā cognoscet:
⁊ nō per aliq̄ similitudinē. ⁊ ipsuʒ
perfecte possidebit in se tanq̄ p-
priū ⁊ intrinsecum bonū. Corpus
autē habebit q̄tuor dotes suas: q̄
sunt agilitas: vt subito ferat̄ quo

cūq̄ aīa volet. Impassibilitas vt a nulla re possit ledi vł pati. subtilitas: ita vt mōtes penetret. Et claritas: ita q̄ in ipa claritate corporis claritas ꝛ glīa aīe cognoscet. q̄ aīa magis beata clarius corp⁹ habebit. Et oīa p̄dicta habebit corpus ex redūdātia glīe aīe in corpus. Econtrario de corporib⁹ impiorꝝ erit. quia erūt grossa grauia passibilia ꝛ obscura. Hec ille.

¶ Dn̄ica. xiiij. post octa. penthe. Euāge. Scdm lucā. xvij.



In illo tp̄e. Cū iret ih̄s in ih̄rl'm trāsibat per mediam samariā ꝛ galileā. Et cū ingrederetur quoddā castellū: occurrerūt ei decē viri leprosi: q̄ steterūt a lōge. ꝛ leuauerūt vocē suā dicētes. Ihesu p̄ceptor miserere nostri. Quos vt vidit dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factū est dū irent: mūdati sūt. Unus aūt ex illis vt vidit q̄ mūdat⁹ est: regressus est cū magna voce magnificās deū. Et cecidit in faciem ante pedes eius grās agens. ꝛ hic erat samaritanus. Respōdēs aūt ih̄s dixit. Nōne decē mūdati sunt: ꝛ nouē vbi sunt. Nō est inuētus q̄ rediret ꝛ daret gloriā deo: nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge ꝛ vade: quia fides tua te saluū fecit.

¶ Postilla.

¶ Cū iret ih̄s in ih̄rl'm trāsibat. ꝛc. Luce. xvij. Historia hui⁹ euāgelij facta est anno xp̄i. xxxiij. ij. Idus martij. feria. ij. luna. iiij. inditōe sexta. Ante initiū illi⁹ euāge. scribit sanct⁹ Lucas. q̄ xp̄us dixit discipul' suis. Cū oīa feceritis q̄ p̄cepta sunt vob: dicite serui inutiles sumus: qd̄ debuim⁹ facere fecimus. (Et factū est dum iret ih̄s in ih̄rl'm). s. ad locū sue passiōis. In quo ostēdit se spōte passurꝫ (trāsibat per mediā samariā ꝛ galileā.) Samaria erat terra gētiliū: galilea iudeorꝫ. ergo vtrasq̄ trāsibat q̄ ad saluādos gētiles ꝛ iudeos venerat (ꝛ cū ingrederet' qdd̄ā castellū: occurrerūt ei de. vi. le. ꝛc.) q̄ audierāt

famā de miraculis xp̄i (qui stete⸗ rūt a longe) Lyra.tū propter xp̄i reuerentiā: tum q2 nō debebāt ap ppinquare sanis hoībus ne eos inficerēt (et leuauerūt vocem suā) Ly.ex magno desiderio sanitatis. (dicētes Jhesu preceptor miserere nostri).i.solo v̄bo potes nos cu rare(Quos vt vidit dixit. Jte ostē dite vos sacerdotibus) hoc iussit xp̄us ppter legis impletionē. Lex em̄ precepit Leuiti.xiiij. vt mūda⸗ tus a lepra sacerdotibus se offer⸗ ret. et hoc duplici de causa. Una causa q2 sacerdotes debebāt iudi⸗ care vtrū talis esset vere curatus. Secūda causa q2 pro sua emūdati one tenebat offerre sacrificiū de⸗ terminatū in lege. Jtē vt daret no bis exēpluꝫ honorādi sacerdotes. Jtē vt per hoc sacramentū confes sionis exp̄meret. Dicit em̄ xp̄s oī⸗ bus pctōribus. Jte: quasi diceret Nō expectetis q cogamini ivgēte infirmitate quādo oportet sacer⸗ dotes ad se vocari. sed ite duꝫ sani estis ostēdite: nō palliate vos: nō alios: q2 alie persone nō sūt nomi nāde in cōfessione. sacerdotibus q bus data est potestas a xp̄o ligā⸗ di et soluēdi. vt patet iobis.xx. Ac cipite spm̄ sanctū: quoꝝ remise⸗ ritis pctā remittūtur eis(Et factū est dū irēt mūdati sūt)Jn hoc ostē dit q in vera ɔtritione peccata di mittūtur pctōri a deo: etiā anteq̄ perueniat ad ɔfessionē. Uñ in.ps. xxxi. Dixi cōfitebor. supple in fu turo. et tu remisisti impietatē pec cati mei. Quis postea teneat cōfi teri sacerdoti loco dei(Unus ergo ex illis vt vidit q2 mūdatus est: re gressus est cū magna voce magni ficās deū) Gor. magnitudo vocis dat intelligere magnitudinē fidei et deuotiōis(et cecidit in faciem ante pedes eius)in quo notat eius ma gna humilitas (gratias agēs) Est autē deo valde acceptabilis grāꝝ actio. vñ Augusti. ad aurelianū. Quid melius aio gerim9 aut ore probamus aut calamo exp̄mim9: q̄ vt deo grās agamus. Nec dici breui9: nec agi fructuosius potest (et hic erat samaritan9) Ly.in hoc innuit q alij nouē erāt iudei: nec reuersi sunt ad grās agendū: quia iudei semp fuerūt ingrati taꝫ in ve teri q̄ in nouo testamēto de bene ficijs dei (Rñdens aūt Jesus dixit Nōne decē mūdati sunt: et nouem vbi sunt).q.d.multi mūdant et ba ptizātur: tū pauci saluātur. vt pꝫ Mathei.xx. Multi sūt vocati pau ci vero electi (Nō est inuent9 qui rediret et daret gloriā deo: nisi hic alienigena)Ly.in hoc figuratū fu it q gentiles vēturi erāt deuote ad fidē xp̄i: iudeis remanētib9 in suo errore (et ait illi Surge vade) nolu it em̄ surgere nisi iussus.(quia fides tua te saluū fecit)Jn hoc innuitur q magnū est meritū fidei: quia p fidem peccator mūdatur. Jtē per fideꝫ homo iustificat. ad Roma. v. Justificati igitur ex fide pacem habeam9 ad deū per dn̄m nostrū iħm xp̄m. Jtem per fidē homo fi⸗

lius dei efficif. vt patet. Johis. j. Dedit eis ptātez filios dei fieri. zc̄ Itē p fidē homo saluaꝰ. Ergo hic xp̄s di. samarita fides tua te saluū fecit. Un̄ circa pn̄s euāge. vbi dr̄. Ite ostēdite vos sacerdotib⁹: ⁊ dū irēt mūdati sunt Un̄ hic q̄ritur: si pctōr in ipsius cordis otritiōe ab soluit anteq̄ perueiat ad sacerdotē vt hic innuit. q2 dū irēt mūdati sūt. qd facit postmodū sacerdos ⁊ a quo absoluit eū. Rn̄deo q̄ so lus de⁹ absoluit pctōrem a culpa in ipsa cordis cōtritione. vt patet Isa. xliij. Ego sum q̄ deleo iniqtates tuas ppter me. Sacerdos autē ministerialiter ⁊ instrumentaliter pctōrem a pctō absoluit: ⁊ nō solū ostēdit absolutū. Est em̄ sacerdos minister dei ⁊ ei⁹ instrumentū aiaꝝ. ⁊ hoc optie ostēdit xp̄s in la ʒari resuscitatiōe p quē pctōr rediens ad dei grām designaṫ quem xp̄s solus a mortuis reuocauit: ʒ aplis mādauit vt eū soluerēt. Sic p3 q̄ fuit a xp̄o resuscitat⁹ ⁊ ab apostolis resolut⁹. Simile est in iu stificatiōe pctōris quē solus de⁹ re suscitat a morte culpe: reddens ei grām suā. ʒ sacerdos soluit eu3 a cathenis pctōꝝ q̄bus p talib⁹ cul pis ligat⁹ tenebaṫ. Exēplū rex vel potestas in osilio absoluit malefactorē qui teneṫ in carcere cathe nis ligat⁹: ⁊ ministri regis vadūt ad carcerē ⁊ ex parte regis absol uūt eū a carcere ⁊ cathenis. ⁊ ministri regis vadunt ad domū ei⁹ ⁊ reddūt ei oīa bona sua pus pdita.

Sic facit sacerdos q̄ tāq̄ minister dei absoluit pctōrem a cathenis pctōꝝ: ⁊ reducit eū in ecclīam dei: ⁊ reddit ei omnia bona sua q̄ ante pctm̄ fecerat. ⁊ facit eū participē oīm bonoꝝ opeꝝ q̄ fiūt in ecclīa dei. ⁊ dat ei cibū vite māducare. s. corp⁹ xp̄i. ⁊ docet qūo debeat viuere ⁊ in via dei ābulare ⁊ nō stare: q2 stare regredi est. Sic p3 q̄ sacerdos habet magnā facere in iu stificatiōe pctōris. ⁊ nō solū eum ostēdere absolutū. Un̄ itez hic q̄ritur q̄ sit forma absolutōis a pec catis. Respōdeo ƀm sctm̄ Tho. q̄ de substātia forme est. Ego absol uo te a pctīs tuis. ʒ pmittiṫ oīo. s. Misereaṫ tui oṗs. zc̄. ne effect⁹ sacramēti impediaṫ ex parte penitē tis. Et cōiter appoiṫ. In noīe pa tris ⁊ filij ⁊ sp̄ussancti. Itē queriṫ an impositio man⁹ sup caput cōfitētis reqratur. Rn̄detur scd̄m sc̄tū Tho. q̄ nō: q2 hoc sacramen tū nō ordinatur ad osequendā ali q̄ excellentiā grē: ʒ ad remissionē pctōꝝ. magis aūt in hoc sacramē to opetit crucis signatio q̄ man⁹ impositio. in signū q̄ p sanguinē crucis xp̄i remittūtur pctā ⁊ non est de necessitate sacramēti. Item Tho. dicit q̄ q̄ impetrat absoluti onē a papa vel legato caute facit si faciat se absolui ab oibus excōi cationib⁹ ⁊ pctis de quib⁹ nō recolit: q2 si postea recolat de q̄bus nō teneṫ iteꝝ absolutionē petere ab excōicatiōe: licet de peccato si sit mortale teneatur ofiteri.

¶ Dñica.xv.post octa.pēthe Euāge. Scdm Math.vi.ca.





In illo tpe. Dixit ihs discipulis suis. Nemo potest duob⁹ dñis seruire. aut em̄ vnū odio habebit ⁊ alterū diliget: aut vnū sustinebit ⁊ alterū cōtemnet. Nō potestis deo seruire ⁊ mamone. Ideo dico vobis ne solliciti sitis aīe vr̄e q̄d manducetis: neq₃ corpori vr̄o q̄d induamini. nōne aīa plus est q̄₃ esca: ⁊ corpus plus q̄uā vestimentū. Respicite volatilia celi: q̄m non serūt neq₃ metūt: neq₃ cōgregāt in horrea: ⁊ pater vester celestis pascit ea. Nōne vos magis pluris estis illis. Quis aūt vr̄m cogitans pōt adijcere ad staturā suā cubitū vnū. Et de vestimētis q̄d solliciti estis. Cōsiderate lilia agri q̄uō crescūt: nō laborant neq₃ nent. Dico aūt vobis q̄ neq₃ salomon in om̄i gl̄ia sua coopertus est sicut vnū ex istis Sic em̄ fenū agri q̄d hodie est cras in clibanū mittitur: deus sic vestit: q̄nto magis vos modice fidei. Nolite ergo solliciti esse dicētes: q̄d mādūcabimus aut q̄d bibemus: aut quo operiemur. Hec em̄ oīa gētes inq̄rūt. scit em̄ pater vr̄ q̄ his oībus indigetis. Querite ergo p̄mū regnū dei ⁊ iusticiam eius ⁊ hec om̄ia adijciētur vobis.

¶ Postilla.

¶ Nemo pōt duobus dominis seruire. ⁊c. Math.vi. Luce.xvi Hec v̄ba euāgelij locutus est ih̄s anno ei⁹.xxxij. Idus Julij. fer.v. luna.xvi. indictiōe.iiij. Ante initiū p̄ntis euāgelij scribit sanct⁹ Matheus in eodē ca. q̄ xp̄s dixit discipul' suis. Nolite thesaurizare vob thesauros in terra: vbi erugo ⁊ tinea demolit': ⁊ vbi fures effodiūt ⁊ furātur. Thesaurizate aūt vobis thesauros in celo vbi nec erugo nec tinea demolit'. ⁊ vbi fures nō

effodiūt nec furantur. Ubi em̄ est thesaurus tuus: ibi est ⁊ cor tuū. Tūc postmodū seq̄tur euāgelium hodiernū (Nemo pōt duob⁹ dn̄is seruire) Gor. cōtrarijs inter se differētib⁹ nec cōtraria ꝑcipiētibus. Et quilibet hoim habet vnū illorū duoꝝ. Hoc sic ꝓbatur: q2 ois homo aut est i gratia aut in pctō mortali. Si aūt est in grā: tunc habet pro dn̄o deū. Si aūt est in peccato mortali: tūc habet diabolu3 pro dn̄o. (aut vnū odio habebit) Gor. s. diabolū (⁊ alteꝝ diliget). s. deū (aut vnū sustinebit). s. diabolu3 quē homo peccādo patit̄: sed nō diligit (⁊ alterū contēnet). sc3. deū quē homo peccando mortaliter contēnit. Sed deum nemo potest odire: quia summū ⁊ infinitū bonū est. Nec diabolū quisq̄3 diligit: sed peccādo se ei subijcit. (nō potestis deo seruire ⁊ mām one). i. diuitijs. Ly. nō dixit xp̄s nō potestis habere: sed nō potestis seruire. Licite em̄ possunt haberi quādo bene dispensant̄. sicut ille q̄ in pijs operib⁹ diuitias expēdit non seruit diuitijs: sed magis diuitie seruiūt sibi: q2 eis vtitur sicut instrumentis ad opa virtutū. Uñ. Ambrosius sup Lucam. Sicut diuitie sunt impedimēta improbis: ita ꝓbis sunt adiumēta ꝟtutis. Et talis simul pōt seruire deo ⁊ vti ipsis. Ideo dico vob̄ ne solliciti sitis). s. sollicitudie nimia. Notādū ꝙ xp̄s hic nō prohibet laborē: q2 homo ad laborē nascit̄ sicut auis ad volandū. s3 ꝓhibet sollicitudinē supflnā ⁊ inordinatā per quā postponūtur bona spūalia ⁊ etiā eterna. (aīe vīe). i. aīali vite q̄ cibo sustētat̄ (q̇d mādu̇cetis: neq3 corpori vr̄o q̇d induamini. Nōne aīa plus est q̄3 esca). q. d. lōge plus ē (⁊ corpus plus q̄3 vestimentum). q. d. si de⁹ dedit vob̄ maiora. s. corpus et aīam: ɔseq̄nter etiā dabit minora. s. escā ⁊ vestimentū. (respicite volatilia celi qm̄ nō serunt neq3 metūt neq3 cōgregāt in horrea: ⁊ tm̄ pr̄ vr̄ celestis pascit ea) vnde. ps. cxlvi. Qui dat iumentis escā ipsorū ⁊ pullis coruoꝝ. ⁊c. multo forti⁹ hoiē3 sufficiēter pascet. vñ Rab. Quis rex militib⁹ deuotis debitā nō ꝓcurat alimoniā. q̇s dn̄s ministris suis nō ministrat cibaria. q̇s pr̄ nō dat filijs alimēta. ⁊c. (nōne vos magis pluris estis ill̄). q. d. multo maioris precij estis. Ly. natura humana maioris pōderis est corā deo: q2 alie creature facte sūt ꝓpter hoiem. finis āt nobilior est his q̄ sūt ad finē. Si ergo de ill̄ curat: mlto forti⁹ de nob̄ curā hab3 (q̇s aūt vr̄m pōt adijcere ad staturam suā cubitū vnū (. q. d. nullus. Ergo de⁹ qui dat hōi incremētū ⁊ quātitatē stature: ꝑ cōsequēs etiā dabit nutrimentū cōueniēs staturē ꝓut viderit expedire (⁊ de vestimētis q̇d solliciti estis. cōsiderate lilia agri q̄uo crescūt). s. tā ꝓciosis colorib⁹ induta (tm̄ nō laborāt). s. ad ornandū se (neq3 nent). i. filant ad faciendū sibi vestimētum: ⁊ tm̄

optime vestiūtur. sic ꝙ regalia ve stiměta excedūt. (Dico aūt vob ꝙ neqꝫ salomō) q̄ fuit ditissimus sapientissim⁹: potētissimus inter alios reges (in omi gloria sua coopertus est). i. vestitus ⁊ ornatus tam pulchre (sicut vnū ex istis) Gor. qꝛ in salomone fuerūt vestes aliene: in illō aūt ꝑprie. Itē ille ab arte: iste a natura. Et ideo oēs tinctores pānoꝝ nō possunt facere colorē viridē sicut natura in terra nascētib⁹. Unde hiero. Quid rubet vt rosa: qđ cādet vt liliū? (Si em̄ fenū agri qđ hodie est). i. in p̄senti. (⁊ cras in clibanū mittit̄). i. in futuro ponet̄ (deus sic vestit). i. sic pulcre: sic optime sine sollicitudine (q̄to magis vos modice fidei.) Ly. vocat aūt eos q̄ minus sollicitant̄ de t̄palibus modice fidei: qꝛ ex defectu fidei ꝓcedit talis sollicitudo supflua. (Nolite ergo solliciti esse dicētes: qđ mādūcabim⁹ aut qđ bibemus) hoc ptinet ad alimentū (aut quo operiemur) hoc pertinet ad vestimentum (hec em̄ oīa gētes inquirūt) Gor. qꝛ infideles sunt ⁊ de eternoꝝ pmissione nō ↄfidūt. Ly. Gētiles diuinā ꝓuidentiā circa actus humanos negāt (Scit em̄ pater vester celestis quia his omībus indigetis) Gor. nō est pater pius q̄ nō tribuit necessaria filijs quoꝝ nouit indigentiā. sed deus est pater vester: ergo seruiētibus sibi t̄palia sufficienter ministrabit (Querite ergo p̄imū) hoc est ꝓcipue) regnū dei) de quo dicitur Math. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol in regno patris mei. Quis hoc regnū nō desiderat vbi omēs erūt reges ⁊ regine. Ergo feruēter ⁊ diligēter hoc regnū est querēdū. (⁊ iusticiā eius) qꝛ iusti imperpetuū viuēt: ⁊ apud dn̄m est merces eoꝝ. Sapi. v. (⁊ hec oīa). s. t̄palia. adijciētur vob) Unde ps. liiij. Iacta cogitatū tuū in dn̄o ⁊ ipse te enutriet. Itē in. ps. xxxvi. Nun̄q̄ vidi iustū derelictū. Circa hoc p̄ns euāgeliū vbi dicit̄ p̄rimū querite regnū dei ⁊ iusticiā eius. Notādū ꝙ pctōr q̄rit regnū dei nō p̄imo: sed vltimo. s. in morte. Quādo em̄ pctōr non potest plus viuere vel quādo credit sibi mortē imminere tunc q̄rit regnū dei. ⁊ accipit exēplū a latrone in cruce: sed nō a Johāne baptista: qui a cunabulis q̄siuit regnū dei. Similiter sanct⁹ nicholaus ep̄s: qui quarta ⁊ sexta feria semel suggebat vbera. Similiter Dn̄icus pater noster: q̄ a pueritia sua dn̄o nostro seruire studuit. ⁊ sic de alijs plurib⁹ scīs. Cōtra quos nota exēplū de quinqꝫ virginibus fatuis: que petierūt oleū in media nocte i vasis suis. i. in vicinitate mortis ⁊ nō obtinuerunt: sic lāpades eaꝝ sunt extincte: ⁊ ipse excluse sūt a regno celoꝝ. Unde Augu. Legi ⁊ perlegi sanctā scripturā: ⁊ nō inueni in quinqꝫ milib⁹ annoꝝ saluatū in fine: nisi solū latronē. Un. Albert⁹ Raꝝ est ꝙ aliq̄s ex amore i fine vite sue vere peniteat. Itē peccator q̄rit regnū dei

sed solum instantiã eius. Dis enim bõ vult esse beat⁹. q: vt dicit Boecius de cõsolatiõe phie. Mẽtib⁹ hominũ naturaliter sũmi boni cupido inserta est: sed opa btitudinis nõ curat facere. Tota die peccator fabricat sibi domũ in inferno: ⁊ intendit post hanc vitã qui escere ⁊ habitare in celo.

¶ Dominica .xvj. post octauas penthecostes Euangeliũ scdm Lucam. vij.





In illo .t. Ibat iesus in ciuitatẽ que vocatur naym: ⁊ ibant cum eo discipuli eius ⁊ turba copiosa. Cũ aũt appropinquaret porte ciuitatis: ecce defũctus efferebatur filius vnicus mr̃is sue: ⁊ hec vidua erat: ⁊ turba ciuitatis multa cum illa. Quam cũ vidisset iesus: misericordia motus super eã: dixit illi. Noli flere. Et accessit ⁊ tetigit loculũ. Hi autẽ qui portabãt steterunt: ⁊ ait: Adolescẽs tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus: ⁊ cepit loqui: ⁊ dedit illum matri sue. Accepit autẽ oẽs timor: ⁊ magnificabãt deum dicentes quia propheta magnus surrexit in nobis: ⁊ quia deus visitauit plebem suam.

¶ Postilla.

¶ Ibat iesus in ciuitatẽ que vocatur naym. Luce. vij. Hoc miraculũ fecit dñs iesus ãno ei⁹ xxxj. xiij. kł. augusti. dñica. luna. xxij. in ditione. iiij. Ante hoc euãgeliũ sanauit dñs seruũ Cẽturiõis qui accessit ad ihz: rogãs eũ dicẽs. Dñe puer me⁹ iacet i domo paralytic⁹ ⁊ male torq̃t᷑. Et ait illi ihs. Ego vẽiã ⁊ curabo eũ. Et rñdẽs cẽturio ait. Dñe nõ sũ dign⁹ vt intres sub tectũ meũ: s; tm̃ dic verbo ⁊ sanabit᷑ puer me⁹. ⁊ dixit ihs cẽturiõi Uade: ⁊ sicut credidisti fiat tibi. ⁊ sanat⁹ ẽ puer ex illa hora. Et factũ ẽ deinceps (Ibat ihs in ciuitatẽ q̃ vocat᷑ naym) Naym ẽ ciuitas parua in galilea ppe montẽ Thabor q̃ distat a ierusalẽ ad duas dietas ⁊ ibant cũ eo discipli ei⁹: ⁊ turba

copiosa).Lyra.Turba multa cuȝ dn̄o turba multa cum vidua.Hoc factū est vt euidentius esset mira⸗culū coram multis factum:vt vi⸗so miraculo multi fierent laudato res dei ⁊ testes.(Et cū appropin⸗quaret porte ciuitatis:ecce defun ctus efferebat̄)scȝ ad sepeliendū.(filius vnicus matris sue:⁊ hec vi dua erat).Ly.Antiquitus loca se pulture erant extra ciuitatē:ne ex cadaueribus inficerent̄ habitato res ciuitatis.(Quā cum vidisset ie sus:misericordia motus est super eam)quia erat vidua.tū q2 nō ha bebat alium filium a quo posset in senectute sustētari(dixit illi.No li flere).quasi diceret cito cōsola⸗beris.(⁊ accessit ⁊ tetigit loculū). Ly.i.feretrū.Ad hoc enim tetigit vt ostēderet q corpus suū deita⸗ti vnitū erat instrumentū deitatis etiā in miraculis faciēdis.(Hi aūt qui portabāt steterunt.⁊ ait.Ado lescens tibi dico).Gor.i.ppia vir tute ipero.(surge)scȝ a lecto mor⸗tis.(⁊ resedit q̄ erat mortu⁹)scȝ pri us.q2 statim redijt vita per xp̄m. (⁊ cepit loqui) Ly. vt manifeste appareret q erat vere resuscitat⁹. (⁊ dedit illū matri sue) prius enim dederat in cōceptione.(accepit āt oēs timor)Gor.s.admiratiōis de tam admirabili suscitatiōe.Legit̄ in euangelijs dn̄m tres mortuos suscitasse.s.puellā in domo. vt pȝ Math.ix.Adolescētē in porta. vt in euāgelio hodierno.Lazarum in sepulchro.vt hēt Joh.xj.(⁊ ma⸗gnificabāt deū).i.magnū pdica⸗bant.Hoc est eni magnificare deū de ipo magna credere ⁊ dicere(di⸗centes q2 ppheta magn⁹ surrexit in nobis)in lege ⁊ pphetis pmis sus.(⁊ q2 de⁹ visitauit plebē suaȝ) Ly.Mittēdo eis saluatorē.Circa hoc euāgelium vbi dr̄.Noli flere. Querit̄ vtrū de amici morte aliq̄s licite possit lugere.Rn̄det̄ q sic:sȝ moderate.Sic martha ⁊ maria ma gdalena fleuerūt sup lazarū fratrē suū quē postmodū xp̄s a morte su scitauit.Scdo q̄rit̄: vtrum magis flendū sit pro morte aie q̄ corpis. Rn̄det̄ q sic: quia quāto aia est nobilior corpe:tāto magis est do lendū de morte aie q̄ de morte cor poris.Unde Augu.Maius est dā⸗nū de amissione vnius aie q̄ mille corpoꝝ.Unde Bern̄.Totus mūd⁹ preciū vnius aie estimare nō pōt. Sed vt dicit Aug. Mirabilis mi⸗seria in hoibus apparet:q cū mo ritur hō ſm corpus oēs amici cō⸗ueniunt ⁊ plorāt.sed cū morit̄ ſm aiam:nullus dolet:nullus plorat. A corpe mortuo nō recedūt donec sepulture tradat̄.Aie vero mortue null⁹ assistit:null⁹ curat eā ad vi tā reducere.vtinā tot facerēt ami ci pro aia resuscitanda:quot face rēt si possent amicū mortuū ad vi tā reuocare.Tertio q̄rit̄ q̄ debent nos cōsolari sup mortē puerorū ⁊ cōsāguineoꝝ.Rn̄det̄ q ad hoc va lēt q̄nqȝ cōsideratiōes q̄s fere oēs tāgit btūs Hiero.in quā epla.pri ma est cōsideratio diue volūtatis

cui debem⁹ nos in oībus cōforma re. Uñ. Sene. in epla. ad Lucillū3. Placeat homini q̄cq̄d deo placet. In signū hui⁹ quotidie oram⁹. fi at volūtas tua sicut in celo ⁊ i ter rā. Nā credere debem⁹ q̄ de⁹ ī me liori statu hoiem reuocat. Si bo nus est: ne malus fiat: si mal⁹: ne peior efficiat. Scda cōsideratio ē diuine eq̄tatis. q2 licitū est vnicui q3 qd suū est repetere. De⁹ enī h3 ius ⁊ potestatē repetēdi pueros ⁊ cōsanguineos tuos. q2 ipius sunt. Unde ps. Ipe fecit nos ⁊ non ipi nos. Insup tenemur deo soluere debitum mortis. q2 oēs sum⁹ ad mortē astricti. vt p3 Gen. ij. Qua cunq3 die comederitis ex eo: mor te moriemini. Uñ hebre. ix. Statu tum est hoibus semel mori. Tertia cōsideratio est dīne dispositōis q̄ nouit q̄diu expediat homini hic viuere: ⁊ q̄n mori. Uñ Augu. in li bro soliloquioꝝ. de salute corpis mei q̄diu mihi sit vtile nescio: tibi dñe hoc cōmitto. Sic etiam btūs Martin⁹ fecit dicēs. Dñe si adhuc pplo tuo su3 necessari⁹: nō recuso laborē: fiat volūtas tua. O hō at tende diligēter q̄uo totus mūdus plenus est tribulatōib⁹ ⁊ miserijs hoc pat3 quia nunc frigus: nunc estus: fames: ⁊ sitis. sanus ⁊ infir mus. letus ⁊ tristis. risus ⁊ flet⁹. di ues ⁊ paup. viuus ⁊ mortu⁹. vt p3 Job. xiiij. Nūq̄ in eodē statu per manet. Itē Job. xiiij. Hō natus de muliere breui viuēs tpe: repletur multis miserijs. Unde refert Soli nus de barbaris: q̄ q̄n pueri naf cunt: tūc magnū planctū faciūnt Et q̄n moriunt: magū festum. Et btūs hiero. refert de q̄uadā terra vbi vxores cum maritis sepeliun tur: eligētes potius mori q̄ in mi seria viuere. Quarta cōsideratio ē inutilitatis ⁊ dānificatiōis q2 luct⁹ ⁊ tristicia dānificāt hoies in cor pore ⁊ in anima. fm illud Ecclesi. xxx. Multos occidit tristicia ⁊ nō est vtilitas i ea. Unde prouer. xxv. Sicut tinea vestimēto: vermis lig no. Ita tristicia nocet cordi. Etia3 nocet anime defuncte. quia tales propter nimia3 tristiciam erunt in deuoti ⁊ indispositi ad orandu3 ⁊ suffragandum animabus. Et sic anime puerorum ⁊ consanguine orum retardantur: exemplum de hoc quere in prōptuario exemplo rum discipuli. xcvij. p. ¶ Quin ta consideraito est future resurre ctionis in qua lete ad vitam redu cetur qui hic deplāgitur. Unde. j. ad Thessalonicen. iiij. Nolumus vos ignorare de dormiētib⁹ vt nō cōtristemini: sicut ceteri q̄ spē nō habēt. Nam q̄libet xpianus crede re debet resurrectionē: ⁊ si hic cha rus ⁊ fidelis tibi fuit: millesies ti bi vtilis fuit: millesies tibi vtilior erit in celo. q2 oia merita tecū cō diuidet. Uñ Anselmus. Unusq̄sq3 tantu3 gaudet de alterius merito: quantum de suo proprio.

¶ Dñica. xvj. post octa. pen thecostes Euāgeliū scdз Lu cam. xiiij. capi.





In illo tpe. Cū intrasset iesus in domum cuiusdam principis phariseorū3 sabbato manducare panem. Et ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidā hydropicus erat ante illum. Et rñdens iesus: dixit ad legisperitos ꝛ phariseos. Si licet sabbato curare. At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensū3 sanauit eū3 ac dimisit. Et rñdēs ad illos: dixit. Cuius vestrū asinus aut bos in puteum cadet ꝛ nō cōtinuo extrahet illū3 die sabbati. Et nō poterant ad hec respōdere illi. Dicebat aūt ad inuitatos parabolā: intēdens quō pmos accubitus eligerēt: dicens ad illos. Cū inuitatus fueris ad nuptias nō discūbas in pmo loco ne forte honoratior te sit inuitatus ab eo: ꝛ veniens is qui te ꝛ illum vocauit dicat tibi. da huic locum: ꝛ tunc incipias cū3 rubore nouissimū locum tenere. Sed cū3 vocatus fueris vade ꝛ recūbe in nouissimo loco: vt cū venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice ascende supius: tūc erit tibi glīa corā simul discūbētibus. quia oīs q̇ se exaltat hūiliabitur: ꝛ q̇ se hūiliat exaltabitur.

Postilla.

Cū intraret ihs ī domū cuiusdā. Luce. xiiij. Mat. xij. Hoc signū ꝛ hāc phariseoꝝ increpatiōem fecit dñs ihs anno eiꝰ xxxij. sabbato. v. nonas octobris. luna. xiij. inditiōe. v. Añ initiū illiꝰ euāg. scribit sctūs Luc. in pcedēti. c. q̄ q̇dā dixit a ihm. Dñe si pauci sūt q̇ saluant. Ipe aūt dixit ad illos. Cōtēdite itrare p angustā portā q2 multi dico vob q̄rēt itrare ꝛ nō poterūt. Cū āt itrauerit prfamilias ꝛ clauserit ostium. icipietis foris stare ꝛ pulsare ad ostiū: dicētes. Dñe api nob. Et rñdens dicet vob. Nescio vos vñ sitis. Tūc icipietis dicere. manducauimus coram te ꝛ bibimus ꝛ in plateis nostris docuistis: ꝛ dicet vobis. Nescio vos vñ sitis. discedite ami operarij iniqui

tatis. ibi erit fletus ⁊ stridor den-
tium. Et tunc postmoduȝ sequit̃
euangeliū hodiernū.(Cū intraret
iesus in domū cuiusdaȝ principis
phariseorū) Gor. In domo. prin-
cipis phariseorū ⁊ alioꝝ aduersa-
riorū suoruȝ comedit xp̄us. ⁊ hoc
ꝓpter eoruȝ edificationē. ⁊ ꝓpter
ꝑfecte charitatis ostensionē que ē
diligere inimicos. vt pȝ Luce. vj.
Diligite inimicos vr̄os ⁊c. (sab-
bato manducare panē). Gor. No
mine pāis vite necessaria dsignāt̃
Intrauit autem ad comedendū nō
fercula voluptatis: sed panem ne
cessitatis. Lyra. Iste pⁱceps pha
riseorū inuitauit xp̄m maliciose ⁊
non ex deuotione. Unde subditur.
(⁊ ipi obseruabāt. eum). Ly. Attē
dentes si inter epulas aliquid dice
ret aut faceret vnde eum possent
accusare.(Et ecce homo quidam
ydropicus). Ly. ydropicus dicit̃
ab ydor qđ est aqua: quia ydro-
picus habet aquā inter carnem ⁊
cutem. ⁊ hoc est propriū ydropici
ꝙ quanto plus bibit: tanto plus
sitit.(erat ante illum. Cyrillus di-
cit ꝙ ille nō petiuit a xp̄o sanari ti
more phariseoꝝ ⁊ iudeorū: sed so
lum se ostendebat vt xp̄us videns
euȝ eius misereret̃.(⁊ respondēs ie
sus dixit ad legisperitos ⁊ pharise
os.(Ly. Nō respōdit ipis ad ver-
ba. quia q̄stio nō ꝓponebat̃: sed
ad cogitationes eorum respondit.
Unde Beda. per hoc ostēdit se esse
verum deum qui solus nouit cor-
da hoīum.(Si licet sabbato cura-

re). Gor. i. si licet opera pietatis ⁊
misericordie facere sine sabbati vi-
olatione: cuiusmodi opus est ifir
mū curare.(At illi tacuerunt) Be-
da. Merito tacent q̄ cōtra se dictū
q̄cq̄d dixerint vident. Si eniȝ licet
sabbato curare: cur ipȝ obseruāt
si nō licet: cur pecora curant.(Ipe
vero apprehensuȝ sanauit eū) Ly.
quia per impositionē manus ipm
curauit ⁊ postmodū manum retra
xit.(ac dimisit) scȝ abire corꝑaliter
sanatū) ⁊ rñdēs ad illos dixit. cuiꝰ
vr̄m asinus aut bos in puteum ca
det ⁊ nō cōtinuo extrahet illum in
die sabbati). Gor. q. d. si sabbatū
non frangitis subueniēdo pecori-
bus: q̄to minus frango ipm sub
ueniendo hoībus.(⁊ nō poterant
ad hoc rñdere illi). Ly. tāq̄ cōfusi
euidenti rōne. Sed notandū ꝙ ma
gna fuit phariseorū malicia: quia
plus curabāt de aīalibꝰ q̄ȝ de ho-
minibus. Sic ⁊ multi plebani ⁊ ꝑ
lati maiorē curam habēt de rebus
tꝑalibꝰ q̄ȝ de aīabus. Uñ Chriso.
Cadit asina ⁊ est qui subleuet: pe-
rit aīa ⁊ nō est qui recogitet.(dice
bat aūt ad inuitatos parabolam
istam). Ly. Cōfutando eos de suꝑ
bia ⁊ ambitione indebita.(Inten-
dens quō primos accubitꝰ elige-
rent). Gor. i. quō de primis accu
bitis obtinēdis laborarēt.(cū in-
uitatꝰ fueris ad nuptias). Cyrillꝰ
Ad nuptias celestes de quibus dr̃
Apoca. xix. Beati q̄ ad cenaȝ agni
nuptiarū vocati sunt.(nō discum
bas in primo loco) ille in primo

loco discūbit qui in se corde pfert alijs sicut phariseus q̄ dixit. Non sum sicut ceteri hoīum. Scđo dignitatē seu prelaturā indebite ambiendo. sicut lucifer. Unde Isa. xiiij. Ero similis altissimo. (ne forte honoratior te sit inuitat⁹ ab eo: ꝛ veniens is qui te ꝛ illum inuitauit dicat tibi: da huic locum. ꝛ tunc incipias cum rubore) idest cū cōfusione. (nouissimū locum tenere: ꝫ cuȝ vocatus fueris ad nuptias vade ꝛ recūbe in nouissimo loco. s. minorem te alijs reputando. sicut aplus fecit qui dixit. Ego sum minimus aploꝛum. (vt cum venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice ascende superius). s. in pſenti per gratiā: ꝛ in futuro per gloꝛiam. (ꝛ tunc erit tibi gloꝛia coꝛam simul discūbentibus). i. in eadem beatitudine quiescētib⁹. (quia oīs qui se exaltat). s. superbiēdo (humiliabitur) necessario hic vel in futuro Unde Prouer. xx. Superbū sequitur humilitas. (ꝛ qui se humiliat) voluntarie ex corde (exaltabit̄) hic vel in futuro. sicut ostēdit beatus Gregori⁹ quadruplici exemplo dicens. Pupilla oculi quāto est nigrioꝛ tanto lucidioꝛ: candela quāto magis inclinat̄: tāto maioꝛi luce pfundit̄. Arboꝛ quāto pfundius radicatur: tanto altius crescit. Aqua quāto magis descēdit deoꝛsum: tanto magis ascendit sursuȝ. Sic homo q̄to magis vilescit sibi ꝛ inclinat̄ per humilitatē: tāto magis lumine grē ꝛ gloꝛie replet̄

Et quanto magis descendit humiliando se: tanto magis ascendit ad deum. Unde circa pſens euageliū vbi dicit̄. Et ipi obseruabāt eum. Querit̄ hic an xp̄s debuit tenere vitam solitariā aut socialē. Respōdeo q᷑ cōsiderato fine ad quem venerat: tunc magis decuit eum tenere vitam socialem q̄ solitariaȝ. venerat enim pꝛimo ad ostendendū se verum deuȝ ꝛ hominē qd̄ opoꝛtebat operibus appꝛobare. ꝛ sic vitam socialeȝ tenere. Scđo venerat ad nos infoꝛmanduȝ moꝛibus ꝛ exemplis que non potuisset solitarie semper stando. quare decuit eum vitam socialem tenere. Tertio venerat ad liberandū nos tam ab infirmitatib⁹ coꝛpalib⁹ q̄ spiritualibus. quare decuit eum talem vitam tenere vt se domesticū hominib⁹ ostendēdo eos attraheret ad bonum verbo. exemplo ꝛ cōsideratione. ꝛ sic eum fecisse ostēdūt euangeliste dicentes q᷑ ibat de ciuitate in ciuitateȝ ꝛ in castella ꝛ in villas: ꝛ de iudea in galileaȝ: ꝛ ecōuerso. ꝛ multum laboꝛabat pꝛedicando. infirmos sanando ꝛ miracula faciēdo: vt daret posteris intelligere se talē vitam elegisse qui esset nobis magis vtilis ꝛ melioꝛ ꝛ vtilioꝛ ꝛ tutioꝛ. quia frater qui iuuatur a fratre est vt ciuitas munita ꝛ firma. Et ve homini soli qꝛ si ceciderit nō habet sublevātē se.

¶ Dn̄ica. xviij. post octa. pēthe. euāg. scđm. Math. xxij.



In illo. t. Pharisei audiẽtes q̃ pharisẽ eciũ ipo suisset seduceis conuenerũt in vnũ. Et interrogauit euz vnus ex eis legisdoctor: temptãs eũ. Magister qd̃ est mandatum magnum in lege. Ait illi ihs. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo: ⁊ i tota anima tua: ⁊ in tota mẽte tua. hoc enĩ est maximũ ⁊ primũ mandatum. Scdm autem simile est huic. Diliges proximũ tuum sicut teipm. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet ⁊ prophete. Cõgregatis aũt phariseis: interrogauit eos iesus dicens. Quid vobis videtur de xpo: cuius filius est. Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid i spiritu vocat eum dñm: dicẽs. Dixit dominus dño meo: sede a dextris meis. Donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Si ergo dauid vocat eum dominũ: quomodo filius eius est. Et nemo poterat ei respondere verbum. nec ausus fuit quisq̃z ex illa die eum amplius interrogare.


Postilla.

Pharisei audientes q̃ iesus ⁊c. Mathei. xxij. Marci xij. Luce. xx. Hanc disputationem cum phariseis fecit domin9 iesus anno eius. xxxiij. xj. kalendas aprilis. feria tertia. luna duodecima in ditione sexta. Lyra. pro intellectu illius euangelij notandum q̃ inter iudeos quidam erant qui vocabantur saducei: qui recipiebãt tãtum quinq̃z libros Moysi ⁊ dicebant animã hominis esse mortalem: ⁊ per consequẽs negabant resurrectionem corporum. Et isti saducei accesserunt ad iesum ⁊ interrogauerunt eum: dicentes. Numeri. xxij. Moyses dixit. Si quis mortuus fuerit non habens filiũ: ducat frater vxorem eius vt suscitet semen fratris sui. Erant aũt apud nos septẽ frẽs: ⁊ primus vxore du

eta defūctus est ⁊ nō habēs semen reliquit vxorem fratri suo. Similr secūdus ⁊ tertius vsqꝫ ad septimū Nouissime aūt oīum mulier defūcta est. In resurrectione ergo cuiꝰ erit de septem vxor: oēs eni babuerunt eā. Scriptū est eni Deutro. xxv. Quādo habitauerint frēs simul ⁊ vnꝰ ex eis absqꝫ liberis mortuus fuerit: vxor defuncti nō nubet alteri: sed accipiet eam frater eius. ⁊ suscitabit semen fratris sui Et primogenitū ex ea filium noīe illius appellabit vt nō deleat nomen eiꝰ ex israel. Cū aūt noluerit accipere vxorem fratris sui que ei lege debet: perget mulier ad portam ciuitatis ⁊ interpellabit maiores natu: dicetqꝫ. Non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in israel. nec me in cōiugiuꝫ sumere. Statimqꝫ accersiri eum facient ⁊ interrogabūt. si respōderit: nolo eam accipere in vxorem: accedat mulier ad eum coram senioribus: ⁊ tollet calciamentū de pede eius: spuetqꝫ in faciem illius ⁊ dicet. Sic fiet homini qui nō edificat domū fratris sui: ⁊ vocabitur nomen illius in israhel domus discalciati. Rñdens aūt iesus: ait illis Erratis nesciētes scripturas: neqꝫ virtutem dei. In resurrectione eni neqꝫ nubent. Ly. i. viri nō accipient vxores. neqꝫ nubent. i. mulieres nō accipient a viris: sed sunt sicut angeli dei. s. incorruptibiles īmortales. Gor. In hoc seclo morimur ergo nascimur: sed in futura vita nullus moritur. ergo nullꝰ nascitur. ideo post resurrectioneꝫ generalē hoīes non nubent neqꝫ nubent. Et audiētes turbe: mirabant in doctrina eius. s. ꝙ ita prudenter rñderet. Tunc statim sequitur euāgeliū hodiernū. (Pharisei aūt audientes ꝙ iesus silentiū imposuisset saduceis) Ly. Licet enim pharisei contrarij essent saduceis in opinione de aīe īmortalitate: ⁊ de mortuorū resurrectione: tamen cōueniebāt cum eis in xpi persecutione. Et ideo audientes ꝙ silētiū īposuisset eis. (cōuenerūt in vnū) Ly. ad inuadendū xpm: ⁊ venerūt ad ipm in magna multitudine ad magis eum terrendū. (⁊ interrogauit eum vnus ex eis doctor). Lyra Ideo vnus. vt si cōfusus esset: solꝰ videret cōfundi. Si aūt vinceret: oēs viderent per ipm vicisse. ꝫm ꝙ dicit Chrisosto. (Tēptans euꝫ) scꝫ capere in sermone. (Magr̄ qd̄ est mandatū magnū in lege) Unde Chriso. Magr̄m vocat cuius non vult esse discipulus. (Ait illi iesus Diliges dñm deuꝫ tuū ex toto corde tuo). Isidorꝰ. Ex toto corde vt oēs cogitiones in deum reflectas. (in tota aīa) vt oēs affectiones in deū cōuertas. (⁊ in tota mēte tua) vt oēs quinqꝫ sensus xpo vacēt. Uñ Berñ. toto corde. i. sapiēter. tota aīa. i. dulciter. tota mente. i. fortiter. (hoc est maximū ⁊ primum mandatū) scꝫ in dignitate: qr caritas est maior ⁊ dignior oībus virtutibus.) Scōm aūt simile ē huic,

Diliges primū tuū sicut teipsum) Ly.i.in eandē beatitudinē ad quā diligis te (In his duobus mandatis vniuersa lex pendet et prophete) Ly.q: omia precepta ordinantur ad dilectionē dei et proximi. q: tria precepta pme tabule pertinēt ad dilectionē dei. et pcepta scdē tabule prinētad dilectionē proximi. vn̄. Chriso. No pōt hoies odire q̄ deū amat: nec pōt deū amare q̄ hominē odit. Magister in.ij.distinti. xxviij. Qui deū diligit non potest eū contēnere quē deus precepit diligi. et qui diligit primū quid ī eo diligit nisi deū. igit vera. etc. (Congregatis autē phariseis) Glo:.s. q̄ ad teptandū venerāt: interrogauit eos ihūs dicēs. Quid vob videtur de xpo).i.de messia in lege pmisso (cuius filius est. Dicūt ei dauid) sicut dr̄ in. ps. cxxxi. De fructu ventris tui ponā sup sedē tuā. (Ait illis. Quomō ergo dauid in spiritu).i.spūsancto inspiratus (vocat eū dn̄m dicēs) in. ps. cix. (Dixit dn̄s dn̄o meo).i.filio suo (sede a dextris meis).i.in eq̄litate mea fm q deus. vel in potioribus bonis pre oībus creaturis (donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorum) Ly. istud aplebit in iudicio q̄ndo oia perfecte subijciētur ihū xpo (Si aūt dauid vocat eum dn̄m suū: quomō filius eius est) Glo:. Est em xps filius dauid et etiā dn̄s dauid. filius dauid fuit scdm carnē et dn̄s dauid scdm deitatē. Et sic restat q xps est deus et homo (et nemo potuit ei respōdere vbum) nō immerito cū seruo xpi.s.scto stephano disputātibus iudeis et phariseis nō poterāt resistere nec cōtradicere spiritui qui in eo loquebatur. multo minus xpo q̄ est fons sapiētie et gratie (nec ausus fuit q̄s quā ex illa die eū amplius interrogare) ppter timorē similis confutatiōis. Unde Jere. Confutati sermonibus vltra nō interrogāt. Ex his ostendit q nō ex desiderio discēdi s3 ex malicia tētandi eū interrogabāt. Circa presens euāgeliū vbi dicit Diliges proximū tuū sicut teipm. dicit Hugo de prato. q ordo charitatis est vt de9 sup oia diligat. Scdo anima ppria. Tertio anima proximi et magis q̄ vita ppria. Unde hic q̄ritur. vtrū mori pro salute proximi sit de necessitate salutis. Respōdet Hugo de prato q mori pro proximo est perfectae charitatis q̄ nō requirit de necessitate salutis: sed solū est in viris perfectis. hoc multi doctores tenēt. Unde Hugo. No tenemur ita pfectā habere charitatē sicut xps habuit: nec osilia q̄ xps obseruauit tenemur obseruare. sed hoc est maius et perfectius qd vnus alteri possit facere. s. mori pro ipso Unde Johis xv. Maiorē charitatē nemo habet q̄ vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Un̄ Augusti. perfecta ista charitas est vt paratus sit quis mori pro fratribus suis. etc.

¶ Dñica. xix. post octa. pēthe Euāge. Scdm Math. ix. ca.



In illo tpe Ascēdens ihus in nauiculā: transfretauit ⁊ venit ī ciuitatē suā. Et ecce offerebant ei paraliticū iacentem in lecto. Vidēs autem ihs fidem illorū: dixit paralitico. Confide fili: remittūtur tibi peccata tua. Et ecce quidā de scribis dixerūt intra se Hic blasphemat. Et cum vidisset ihus cogitationes eorū: dixit eis Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris. Quid est facilius dicere: dimittūtur tibi peccata tua: an dicere: surge ⁊ ambula. Ut autē sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. Tunc ait paralitico. Surge: tolle lectum tuū ⁊ vade in domū tuā. Et surrexit ⁊ abijt in domū suā. Videntes autē turbe: timuerūt. ⁊ glorificauerūt deū: qui dedit potestatem talē hominibus. ¶ Postilla.

¶ Ascendēs ihs in nauiculā. ⁊c. Mathei. ix. Luce. v. Hoc signū fecit dñs ihesus anno eius. xxxi. xij. Kl. Septēbris. feria quinta. luna. xxiiij. inditiōe quarta. Ante initiū illius euangelij scribit sanctus Matheus q̄ xpo veniente in regionē gerasenoꝝ: occurrit ei homo habēs multos spiritus immūdos Qui sepius ꝓpedibus ⁊ cathenis vinctus: disrupit cathenas: ⁊ compedes cōminuit. ⁊ nemo potuit eū domare. Et semper nocte ac die in monumētis ⁊ montibus erat clamans ⁊ concidēs se lapidibus. Videns autē ihesus a longe: cucurrit ⁊ adorauit eum. Et interrogabat eum ihesus. Quod tibi nomē est. Et dixit ei. Legio michi nomē est: quia multi sumus. Erat ibi circa montem grex porcoꝝ magnus pascens in agris: ⁊ deprecabātur eum spiritus dicētes. Si eijcis nos dicimitte nos in porcos vt introeamus in eos. Et cōcessit eis ihesus

statim. Et exeũtes spiritus immũ-
di: introierunt in porcos. Et mag
no impetu grex ꝑcipitatus est in
mare ad duo milia porcoꝝ: ⁊ suf-
focati sunt in mari. Pastores autẽ
fugerunt ⁊ nũciauerunt in ciuita-
tem ⁊ in agros. Et egressi sunt vi
dere quid esset facti. Et viderũt eũ
qui a demonio vexabatur sedentẽ
vestitũ ⁊ sane mentis. Et rogabãt
ihesum vt transiret a finibus eoꝝ
(Et ascẽdens ihesus in naviculã)
Lyra. vt per nauigiũ de terra gera
senoꝝ rediret in galileã vnde illuc
venerat (Et venit in ciuitatem su-
am) scꝫ capharnaũ: que fuit me-
tropolis galilee. Et dicitur ciuitas
sua: quia frequẽter ibi habitabat
Et in principio predicationis sue
multa miracula ibi fecit. Sicut ⁊
bethleem fuit sua: quia in ea nasci
elegit. Et etiaꝫ nazareth sua: quia
in ea annũciatus est ⁊ nutritus fu
it (Et ecce offerebãt ei paraliticũ)
Modus autẽ offerendi describitur
Marci. ij. quia nõ potẽtes intrare
ad xpi presentiã propter turbã cir
cunstãtem de tecto domus submi
serũt eum in lecto. ⁊ hoc fuit mag
nũ signũ fidei ipsoꝝ. Propter qđ
sequitur. (Uidens aũt ihs fidem il-
loꝝ) Lyra. scilꝫ paralitici ⁊ offeren
tiũ (Ait paralitico. Confide fili: re
mittũtur tibi peccata tua) Ly. ad
modũ boni medici qui primo re-
mouet causam morbi: ⁊ tũc post-
modũ intendit curationi. Infirmi
tas autem hec fuit inflicta parali-
tico propter peccatũ. Et ideo xps

primo remouet causam dicẽs (Re
mittũtur tibi peccata tua) Ad ma
iorem predictoꝝ intelligentiã Sci
endũ ꝙ infirmitas corporalis in-
fligitur alicui a deo multis de cau-
sis. Primo propter probationem
patiẽtie. sicut in Job ⁊ Thobia ex-
cecato. vnde Thobie. ij. Hanc tẽp
tationẽ ideo permisit deus euenire
illi: vt posteris daretur exemplũ
patiẽtie eius. Secũdo propter hu
miliationẽ alicuius ne in superbi
am eleuetur. sicut in Paulo aplo.
vt patet. ij. Corinthi. xij. Ne ma-
gnitudo reuelationũ extollat me:
datus est michi stimulus carnis
mee angelus sathane qui me cola
phizet. Tertio ad gloriã dei mani-
festandã. sicut de ceco nato dicitur.
Johãnis. ix. Neqꝫ hic peccauit ne
qꝫ parentes eius. scꝫ vt cecus nas
ceretur: sed vt manifestarẽtur ope
ra dei in illo. Quarto infligitur pro
pter peccati cõmissi purgationeꝫ.
sicut patet in Maria sorore moysi
murmurãte cõtra moysen: que fu
it facta propter hoc ad tẽpus le-
prosa: ⁊ in paralitico isto de quo
fit mentio in euãgelio hodierno.
Quinto ꝓpter punitionẽ pecca-
toꝝ: sic ꝙ deus incipit pctõrem in
hoc mũdo punire vt in eternũ pu
niatur. vt patet in Anthiocho in ve
teri testamẽto. ⁊ etiã in Herode in
nouo testamẽto: quos ambos di
uina vltio tali morbo percussit.
vt putrescerẽt ⁊ viscera ẽ ipis flu
erẽt. q̇ morte mirabili mortui sũt:
⁊ in presenti incipit eoꝝ infernus ⁊

durabit imperpetuū. Jere. xvij. du
plici contritione cōtere eos dn̄e.
(Et ecce quidā de scribis).i. legis-
peritie (dicebāt intra se) idest co-
gitabāt: quia verbis hec exprime
re nō audebāt propter populum
(hic blasphemat) idest qd dei est
sibi vsurpat. Blasphemare est cre
ature attribuere illud qd est pro-
priū dei. dimittere autē peccata so
li deo cōuenit. per hoc igit qꝫ xp̄o
blasphemiā imponebāt qꝛ pecca
ta dimittebat pꝫ: qꝫ negabāt xp̄m
esse deū: dicētes ipsum esse puruꝫ
hominē. (Et cū vidisset ihs cogita
tiones eorꝫ) supple iniquas quas
habebāt ɔtra eū imponebāt sibi
blasphemiā dixit (vt quid cogita-
tis mala in cordibus vestris) ꝛ in
hoc ostēdit xp̄s se esse deū. Unde
Chriso. Solius dei est cognoscere
cogitatiōes hominū (Quid est fa
cilius dicere: dimittūtur tibi pec-
cata tua).i. solo verbo efficere vt
dimittātur tibi peccata tua (an di
cere surge ꝛ ambula).i. in verbo
efficere vt aliquis paraliticus sur
gat sanus ꝛ ambulet. (Ut aūt scia
tis vos) pharisei (quia filiꝰ homi
nis) idest virginis (habet ptātem
dimittēdi peccata in terra) Lr. vt
deus: nō vt purus homo (tūc ait
paralitico. Surge tolle lectū tuū ꝛ
vade in domū tuā. Qui statim sur
rexit) ad imperiū ihu xp̄i (ꝛ abijt
ī domū suā) Lr. in signū perfecte
curatiōis (Uidētes aūt turbe) scꝫ
miraculū factum in paralitico (ti
muerūt) Lr. imponere blasphemi
am (ꝛ glorificauerūt deū qui de-
dit potestatē taleꝫ).i. xp̄m qui est
virtus dei patris (hominibus) id ē
ad salutē hominū. Unde circa pre
sens euāgeliū vbi dicitur. Dimit-
tūtur tibi peccata tua. Notandū.
qꝫ Hugo de prata dicit qꝫ deus mi
sericorditer recipit peccatores. de
hoc habemus exemplū in multis
Nam petrus cum iuramēto nega
uit xp̄m ꝛ postea fleuit: ꝛ xp̄s mi-
sericorditer sibi indulsit: ꝛ ī gradū
pristinū eū restituit. vt patet Joh
xxi. Pasce oues meas. Item Maria
magdalena cū multis fornicata ē:
ꝛ postea accessit cum verecūdia ꝛ
magna cōtritione ꝛ fide ad xp̄m ꝛ
saluata est. vt patet Luce. vij. Fi-
des tua te saluā fecit. Itē paulus
apostolus persecutus est ecclesiā
dei ꝛ Stephanū iuuit lapidare: ꝛ
postea dixit. Dn̄e quid me vis fa-
cere. Actuū. ix. Et postmodū fac-
tus est doctor gentiū ꝛ lumen ec-
clesie. Itē latro in cruce antea mul
ta latrocinia ꝛ scelera ɔmisit. ꝛ po
stea dixit. Memēto mei dn̄e veneris
in regnū tuū. Luce. xxiij. Et xp̄us
plus ei dedit quā petiuit. Hodie ī
qnit mecū eris in paradiso. Cha-
rissimi imitemur istos ꝛ nō simꝰ
sicut iudas qui de dei misericordia
desperauit ꝛ laqueo se suspēdit. vt
habet Mathei. xxvij. In quo deū
grauius offendit qꝫ qꝫ xp̄m p tri-
ginta denarijs vendidit. Unde de
hoc dicitur in decretis. Judas ma-
gis peccauit desperādo qꝫ xp̄ꝫ tra
dendo. xxiij. q. iij. Sed non licet.

Non etiā sicut caym qui ait. Ma/
ior est iniquitas mea q̄ʒ vt veniaʒ
merear. Gene℈.iiij. Unde Bernar
dus. Mentiris caym: maior est dei
pietas q̄ʒ queuis iniquitas. Seq̄/
tur in euāgelio. Quidā de scribis
dixerūt intra se. Hic blasphemat.
Unde Notandū: ꝙ tribus modis
blasphematur deus. Primo dum
quid attribuitur deo vel imputat
ei quod sibi non cōuenit: vt ꝙ sit
malus. iniustus. maledictus. ⁊c.
Secūdo cum quis remouet a deo
quod ei conuenit: dicendo ꝙ non
sit om̄ipotēs. misericors. ⁊ iustus.
⁊ cetera talia. Tertio cum quis si/
bi ipi attribuit quod est propriū
dei. scilicet peccata dimittere ⁊ cu
rare. Et isto tertio modo dicebāt
isti ꝙ xp̄us blasphemabat: quia
quod erat propriū dei. scilicet pec
cata dimittere: sibi attribuebat di
cens. Dimittuntur tibi peccata
tua. Hec ille.



¶ Dn̄ica vicesima. post octa
uas penthecostes. Euāgeliū.
Scd̄m Matheū. xxij. caplo.



In illo tp̄e. Lo/
quebatur ih̄us
cū discipulis su/
is in parabolis:
dicēs. Simile ē
regnū celorū homini regi qui
fecit nuptias filio suo. Et mi/
sit seruos suos vocare inuita/
tos ad nuptias: ⁊ nolebāt ve/
nire. Iterū misit alios seruos
dicēs. Dicite īuitatis: ecce prā
diū meū paraui. Thauri mei
⁊ altilia occisa sunt ⁊ om̄ia pa
rata: venite ad nuptias. Illi
autē neglexerūt ⁊ abierūt. ali/
us in villā suā: alius vero ad
negotiationē suā. Reliqui ve
ro tenuerūt seruos eius: ⁊ con/
tumelia affectos occiderunt.
Rex autē cum audisset iratus
est. Et missis exercitibus suis
pdidit homicidas illos: ⁊ ciui
tatē illorū succendit. Tunc ait
seruis suis. Nuptie quidē pa/
rate sunt: sed qui inuitati erāt
non fuerūt digni. Ite ergo ad
exitus viarū: ⁊ quoscūqʒ inue
neritis vocate ad nuptias. Et

egressi serui eius in vias: congregauerũt oẽs quos inuenerũt ꝛ bonos ꝛ malos: ꝛ imple te sunt nuptie discũbentiũ. Intrauit autem rex vt videret discũbentes: ꝛ vidit ibi hominẽ nõ vestitũ veste nuptiali: ꝛ ait illi. Amice: quomodo huc intrasti nõ habens vestem nuptialẽ. At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. ligatis manibus ꝛ pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus ꝛ stridor dentium. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi.

¶ Postilla.

¶ Simile factũ est regnũ celoꝝ. ꝛc. Mathei. xxij. Luce. xiiij. Hanc historiã dixit dñs ãno eius xxxiij. xi. kl. Aprilis. feria. iij. luna xij. indictione. vi. Ante initiũ illi⁹ euangelij scribit sanctus Mathe⁹ in precedenti capitulo. q̄ xp̄s dixit principibus sacerdotũ ꝛ senioribus iudeoꝝ. Quid vobis videtur. Homo quidam habuit duos filios: ꝛ accedens ad primũ dixit. Fili vade hodie in vineam meã. Ille autẽ respondẽs ait. Nolo. Postea penitentia motus abijt. Accedẽs aũt ad alteꝝ dixit similiter. Et ille, respondens ait. Eo dñe: ꝛ nõ iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris. Dicunt ei: primus. Dicit illis iesus. Amen dico vobis: quia publicani ꝛ meretrices precedent vos in regno dei. Uenit enim ad vos Johãnes in via iusticie ꝛ nõ credidistis ei. ꝛ publicani ꝛ meretrices crediderũt ei. Uos autẽ videntes nec penitentiã habuistis postea vt crederetis ei. ꝛc. Tunc postmodũ sequitur euãgeliũ hodiernũ. (Simile factũ est regnũ celoꝝ) Lyra. idest status ecclesie militantis) homini regi qui fecit nuptias filio suo) Tunc eñ deus pater fecit nuptias filio suo quãdo naturam humanã copulauit diuine in vno supposito. Que quidẽ nuptie celebrate sunt in vtero virginali: de quo xp̄s exijt tanq̄ sponsus procedẽs de thalamo suo. (ꝛ misit seruos suos) Gorra. id est prophetas precedẽtes (vocare inuitatos) idest iudeos (ad nuptias) id est ad finẽ incarnatiõis xp̄i promissaꝫ in patriarchis figuratiue in lege predictã: in prophetis pronũciatã. (ꝛ nolebant venire.) credẽdo scripturis: quia nolebãt verbis prophetaꝝ credere ꝛ obedire (Iteꝝ misit alios seruos) idest apostolos: quos misit in omnẽ ciuitatẽ ꝛ locũ quo ipse venturus erat. vt habetur Luce. x. (dicẽs Dicite inuitatis: ecce prandiũ meum paraui) Lyra. videlicet sacramẽta ecclesie ꝛ doctrinã fidei ꝛ sacre scripture ex quibus reficitur anima. ꝛ potissime in sacramento eucha-

ristie: in quo datur nob caro xpi in cibum ⁊ sanguis eius in potū. (Thauri mei). i. patres veteris testamēti (⁊ altilia) id est patres noui testamenti pinguedine charitatis saginati. (occisa sunt: ⁊ omnia parata) scilicet quicquid requiritur ad salutem hominū locus. cibus ⁊ vestes. (venite ad nuptias) credendo: diligēdo: operando. (Illi autē neglexerunt) quia nō timuerunt dominū. Qui eīn timet deū nichil negligit. ¶ Unde hic queritur vtrū negligentia sit peccatum mortale. Respondeo scdm sanctū Thomā de aquino. ꝙ negligentia si prouenit ex quadā remissiōe voluntatis: vt nō percipiant ea que debent: si omittant que sunt de necessitate salutis: siue sit actus: siue sit circunstantia erit peccatū mortale. vel si voluntas sit in tantū remissa: vt totaliter a dei charitate deficiat. talis etiā negligentia est peccatū mortale. ⁊ hoc precipue quādo sequitur ex contēptu. omissio vero circa ea que nō sunt de necessitate salutis ob defectu feruoris nō est mortale sed veniale peccatū (⁊ abierūt alius in villā suā) idest ad laborē ⁊ occupatiouē corporalē circa terrenaꝝ rerū acquisitionē. (alius ad negotiationē suam) per negotiationē intelligitur nimia occupatio mētalis circa tēporalia impediens diuina. (Reliq vero tenuerūt seruos eius: ⁊ cōtumelia effectos occiderūt) scꝫ post

ascensionē xpi iudei flagellauerūt apostolos omēs simul. ⁊ postmodū Stephanū lapidauerūt. Actuū vij. Et Jacobū fratrē Johānis occiderūt. Actuū. xij. (Rex aūt cū audisset iratus est: ⁊ iussit exercitib⁹ suis) Ly. s. exercitū romanoꝝ sub principibus Tyto ⁊ Uespasiano: qui ex diuina ordinatione venerūt cōtra iherusalē quadragesimosecūdo anno post xpi passionē (perdidit homicidas illos) quia in vltionē sanguinis xpi ⁊ suoꝝ discipulorū ab exercitu romanoꝝ sunt trucidati ⁊ captiuati de iudeis vsqꝫ ad decies centū milia. Ut dicit Josephus in libro de iudayco bello (⁊ ciuitatem illoꝝ succēdit) quia tūc iherusalem succensa est ⁊ templū in ea. (Tunc ait rex seruis suis) ⁊ se quacibus eoꝝ per diuinā reuelatiōnē. (Nuptie quidē parate sunt) sacramentū incarnatiōis paratum est. vt natiuitas. pdicatio. passio xpi. ⁊ introitus agni apertus est p passionē xpi q̄ ante clausus fuit. (sꝫ qui inuitati fuerāt) s. iudei (nō fuerūt digni) Ly. pꝑter suā incredulitatē (Ite ergo ad exit⁹ viaꝝ). i. ad gentes que nō erāt in via mandatoꝝ dei ⁊ sine lege viuētes: ⁊ legem ignorātes. Ad illas eīn gētes iuerūt apli iudeis nolentib⁹ fidem xpianā recipere: sicut habet Act. xiij. dicentibus paulo ⁊ Barnaba ad iudeos. Uob oportebat pmo loqui verbū dei: sꝫ quoniā repellitis illud ⁊ indignos vos iudica-

tis eterne vite. ecce cõuertimur ad gentes: sic enim precepit nob deus. (et quoscũqz inueneritis vocate ad nuptias) quia nullus volẽs fidem catholicã recipere repellendus est (Et egressi serui eius). s. de iudea. (in vias) idest in terras gentilium (congregauerũt oẽs quoscũqz inuenerũt bonos et malos) Ly. qr in ecclesia militãte admixti sunt boni cũ malis. (et implete sunt nuptie discũbentiũ) Ly. qr fides catholica diffusa est per orbẽ vniuersũ (Intrauit aũt rex vt videret discũbentes) Ly. Intrat aũt xps dupliciter. Primo specialiter i morte cuiuslibet hois. Secũdo generaliter intrabit in iudicio futuro discernẽdo merita et demerita cuiuslibet hominis (et vidit ibi hominẽ non vestitũ veste nuptiali). i. habentẽ fidẽ sine charitate. Nã vestis nuptialis ẽ charitas que diuidit inter filios regni et perditionis. vt dicit Augustinus. (et ait illi Amice) Lyra. Uocat aũt peccator amicus propter naturã quã deus creauit que bona est: et que ad imaginẽ dei facta est (quomõ huc intrasti) id est sacramẽta ecclesie suscipiẽdo: fidẽ. ecclesie cõfitendo (nõ habẽs vestem nuptialẽ). scz. in charitate et bona opera. Unde Hiero. Uestis nuptialis sunt decem precepta q̃ includuntur in charitate dei et proximi (At ille obmutuit) Ly. quia in extremo iudicio propria arguẽte consciẽtia homo peccator conuincitur et mutus efficitur (Tunc dixit rex ministris) Ly. idest angelis executorib⁹ diuine iusticie (ligatis manibus et pedibus) Lyra. quia post mortẽ nõ potest peccator bonũ operari: nec ad salutem reuerti (mittite eũ in tenebras exteriores) peccator in hac vita est in tenebris interiorib⁹: quia adhuc est in spe venie. In inferno autem erit in tenebris exterioribus: quia erit extra ambitum diuine misericordie et sine omni spe eterne glorie. vnde Beda. In inferno nulla ẽ redẽptio: nec dolorum mitigatio (ibi erit fletus) Gor. ex vehemẽtia ardoris (et stridor dentiũ) ex vehementia frigoris. vt pz Iob. xxiiij. Trãsibũt ab aquis niuiũ in calorem nimiũ (Multi enim sunt vocati) Lyra. ad fidẽ catholicã (pauci vero electi) ad gloriã. ¶ Circa presens euãgeliũ vbi dicitur. Simile est regnũ celorum Hugo de prato dicit. id est ecclesia presens. quia sicut deus habitat in celis per gloriam: ita habitat in presenti ecclesia in sacramẽto eucharistie. vt patet. Mathei. xxviij. Ecce ego vobiscum sum omibus diebus vsqz ad consummationẽ seculi. Item sicut in celo sunt quedã corpora magis et minus clara: et vnũ illuminat aliud. et quidã sunt illuminãtes: et q̃dã illũinati: et quidã magis lucent et q̃dã min⁹. vt pz. Dani. xij. Qui aũt docti fuerint fulgebunt quasi splẽdor firmamẽti. ecce minus lu

centes. Et q ad iusticiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. ecce magis lucētes. Se quit. Domini regi. Xps eni ē verus rex: ꝛ potēs rex in oib⁹: ꝛ oēs reges excedit. q: regnat in celo: in mūdo: ꝛ in inferno. ad Phl. ij. Donauit illi nomē qd ē sup oē nomē vt in noie iesu oē genu flectat: celestiū: terrestriu: ꝛ infernoꝝ. In celo eni regnat p totalē ꝛ vniuersalē beatorū subiectionē. q: ei oēs sancti ꝛ angeli ad nutum obediūt ꝛ ei in oibus subijciunt. qd etiaꝫ quotidie petimus in nobis fieri. di. fiat volūtas tua sicut in celo ꝛ in terra. vt pꝫ Math. vj. Regnat eni in celo per sue glie ostēsioneꝫ ꝛ beatā visionē. q: ibi ei⁹ maiestas ꝛ glia demōstrat. Un in ps. Ostēde nobis faciē tuā ꝛ salui erim⁹. Un Fulgētius. Dei faciē si oēs in carcere inferni inclusi viderēt: nullaꝫ penā: nullū dolorē: nullā tristiciā qꝫ sentirēt. Itē rex nr̄ iesus xps regnat in mundo per patientiā ꝛ misericordiā. Nā in magna patiētia ꝛ misericordia regnat sup peccatores. Patiēter eni expectat eos vt cōuertāt: ꝛ misericorditer recipit eos si conuertant. vt pꝫ Isa. xxx. Propterea expectat dn̄s vt misereatur nr̄i. Unde etiā Iere. iij. Tu aūt fornicata es cū amatorib⁹ multis tamē reuertere ad me ꝛ ego suscipiā te. Sꝫ multi miseri pctōres penitētiā ꝛ misericordiā ei⁹ cōtēnūt: ꝛ coipo magis peccant. Un Eccl. viij. Quia nō cito profert cōtra malos sentētia. filij hoīum absqꝫ vllo timore pꝑetrant mala. Item super iustos regnat in magnificis gratijs spiritualiter habitās in eis ꝛ ipsos dirigēs ꝛ protegēs ꝛ gubernans. Ipi eni sunt templū dei spirituale: ꝛ spūssanctus habitans in eis. vt dicitur. j. Corinth. iij. tēplū dei sāctū ē: qd estis vos. Ipi etiā sunt regnū dei q pro honore dei ꝛ propria salute quotidie certāt cōtra diabolum: mundū: ꝛ propriaꝫ carnē. Et de illis hostibus triumphant. Unde Math. xj. Regnū celoruꝫ vim patitur ꝛ violenti idest cum violentia preliantes rapiunt illud. Item in inferno regnat per iusticie executionē. quia effectum iusticie. s. punitionē ꝛ vindictā in dānatos ibi exercet. vt pꝫ Deutro. xxxiij. Reddam vltionē hostibus Unde ex hoc sequit ꝙ in inferno cognoscent impij xpm esse regem oipotentē: qui hic noluerūt eum cognoscere regē misericordē. Sequitur hic. Ligatis manib⁹ ꝛ pedibus. Ubi notandū ꝙ peccator strictius ligatur ꝙ animalia ligantur. Nam ligatur memoria ne recolat beneficia dei. ligatur voluntas ne desideret verba bona. ligatur cor ne penas inferni ꝛ morteꝫ cogitet. ꝛ mala que incurrit in statu peccati manens. Et simile ē de omnib⁹ potētijs anime interius ꝛ exterius: que omnes fortiter alligantur. ꝛ sicut peccator fuit liga



tus in culpa: sic digne erit ligatus in pena &c.

¶ Dñica. xxi. post octa. penthe. euang. scdm Ioh. iiij.



In illo tpe Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capharnaum. Hic cũ audisset quia iesus adueniret a iudea i galileam abiit ad eum: & rogabat eũ vt descederet & sanaret filiũ eius. incipiebat enĩ mori. Dixit ergo ihus ad eũ. nisi signa & pdigia videritis nõ creditis. Dixit ad eũ regulus. Dñe descẽde priusq̃ moriatur filius meus. Dicit ei iesus vade filius tuus viuit. Credidit hõ sermoni quẽ dixit ei iesus & ibat. Iam aũt descendente serui occurrerũt ei. & nunciauerunt dicentes: quia filius eius viueret. Interrogabat ãt horã ab eis in qua melius habuerat. & dixerũt ei. q: heri hora septima reliquit eũ febris. Cognouit ergo pater q: illa hora erat in qua dixit ei iesus: filius tuus viuit. Et credidit ipse & domus eius tota.

¶ Postilla.

¶ Erat quidã regulus. Ioh. iiij. Math. viij. Luce. vij. Miraculũ hoc fecit xps anno eius. xxxj. vj kl. Nouẽbris. fe. ij. luna. xix. indictiõe. v. Añ initiũ illius euãge. scribit sctũs ioh. in eodẽ. c. quõ xpus sedẽs loquebat mulieri. postmodũ exierũt samaritani de ciuitate & rogauerunt eum vt ibi maneret. & mãsit ibi per duos dies. & multi ex samaritanorũ ciuitate crediderunt in eũ. d. q: hic ẽ vere saluator mũdi. Et post duos dies exiit inde & abiit in galileã. Ipe eni iesus testimoniũ phibuit: q: ppheta in sua patria honorẽ non hẽt. Cũ ergo venisset in galileã acceperũt eũ galilei cum oĩa vidissent que fecerat hierosolymis i die festo. Uenit ergo iesus iterũ in chana galilee vbi fecit ex aqua vinũ. (Et quidam re

gulus).Ly.nõ accipit hic regul⁹ pro paruo.rege vt videt nomen sonare.quia romani volentes frãgere iudeorũ superbiã abstulerũt ab eis regiã dignitatẽ:regnũ iudee in quattuor tetrarchias diuidẽtes pcauere volentes eorũ rebellionẽ vnde pro illo tpe nullus rex erat in iudea. Dicit ergo iste regulus qꝫ erat officialis impatoris deputatus ad custodiã galilee.propter qđ manebat in capharnuꝫ q̃ erat metropolis illius terre.⁊ distat tribus dietis a hierusalẽ. Notanduꝫ ꝙ sicut dicit Tho. Iste regul⁹ iter fuit miraculo facto in nuptijs qñ xp̃s aquã in vinũ mutauit:qꝫ tũc credidit:sed tñ xp̃i diuinitatẽ non pfecte agnouit. ⁊ ad hoc innuẽdũ euãgelista illud miraculũ rememorat.d. Uenit iterũ ih̃s in chana galilee vbi vinũ ex aqua fecit(⁊ erat quidã regul⁹ cui⁹ filius ĩfirmabat capharnaũ)Ly.⁊licet esset gẽtilis visis ⁊ auditis miraclis xp̃i sperauit ab eo sanitatẽ impetrare filio suo.ideo sequit(hic cũ audisset) per famã que pcurrebat aduentũ eius in oẽm regionẽ galilee. (quia iesus veniret a iudea in galileam: abijt ad eum ⁊ rogabat eum)instãter ⁊ humiliter flexis genibus:cõplosis manibus profusis lachrymis.(vt descenderet)quia capharnaũ erat in valle sita respectu chana galilee in qua erat xp̃us.(⁊ sanaret filium eius.incipiebat enim mori).idest signa vicine mortis in eo apparebant euidenter. Dixit ergo ihesus ad eum.nisi signa et prodigia videritis non creditis). nõ enim reprehendit eum de petitione salutis filij sui:sed de defectu fidei:quia nõ credidit plene: sꝫ semiplene. Credidit eni in xp̃o esse virtutem.f.ad sanandũ filium:sed non credidit in eo esse diuinitatem per quam est vbiqꝫ:⁊ vbiqꝫ potest sanare. vnde fides fuit quãdo petijt salutẽ. sed defectus fidei quãdo requirebãt p̃sẽtiã xp̃i corporalem. Ex quo patet ꝙ non credidit xp̃m esse verum deum.quia si credidisset ꝙ deus vbiqꝫ p̃sens esset per p̃sentiã maiestatis sue non dixisset descẽde: sed dixisset cũ centurione.dic verbo ⁊ sanabitur puer meus.(Dixit aũt ad eum regulus.Dñe descende priusꝗ̃ moriatur filius meus). Thomas. Manifestat igitur regul⁹ hic incredulitateꝫ suã:rogat eni vt descendat priusꝗ̃ filius eius moriat. quasi xp̃s posset sanare infirmũ: sed nõ suscitare defunctũ. Lyra. Uerũtamen qꝫ ex deuotione repetit petionem suam dicens.dñe descende ideo exauditur a xp̃o. vnde sequitur.(Dixit ei ihesus.vade)letus in domuꝫ tuam.(quia filius tuus viuit)idest perfecte sanitati restitut⁹ est de ianuis mortis.quia incipiebat mori. Unde Chrisosto. xp̃us ad domum reguli ire noluit:sꝫ absens sanauit filiũ eius:vt per hoc magis declararet diuinitatẽ suã. ⁊ sic regulũ illuminaret ad verã fidẽ (Credidit hõ ꝓmõi quẽ dixit ei ih̃s

⁊ibat). Lyra. Quia fides requiritur ad obtinendum dei beneficia (Iam autē eo descendēte serui occurrerunt ei: ⁊ nunciauerunt: dicētes quia filius eius viueret) scilicet congaudendo ipi. (Interrogauit autē horam ab eis in qua melius habuerat) hoc fecit ad certificationem miraculi respectu sui. ⁊ etiam vt serui ⁊ astantes agnoscerēt virtutem xpi. (⁊ dixerunt ei. Quia heri hora septima reliquit eū febris) Unde Chrisostom⁹. Repente dimisit eum febris totaliter: vt appareret non esse naturalis conualescentia. Ex hoc etiam famulos ipius reguli suscitauit ad fidem. q2 subito viderunt eum conualuisse quod natura facere non poterat. (Cognouit ergo pater: quia illa hora erat in qua dixit ei ihesus: filius tuus viuit) referens verbum suum ad verbum christi ⁊ horam imperantis ad horam recepte sanitatis. (⁊ credit ipse ⁊ domus ei⁹ tota). Lyra. Ad hoc enim factum est illud miraculum: vt iste regulus gentilis cum familia sua crederet in christū. Thomas. Christus non solum sanauit filiuz reguli ab infirmitate: sed ipsum regulum et totam eius familiam ab in fidelitate. quia credidit ipse ⁊ domus eius tota.

¶ Dominica. xxij. post octauas penthecostes Euangeliū scdm Matheum. xviij.



In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Simile est regnū celorū homini regi qui voluit rationē ponere cuz seruis suis. Et cū cepisset rōnem ponere oblatus ē ei vnus q̄ debebat decē milia talenta. Cū aūt non haberet vnde reddere: iussit eum dn̄s eius venūdari ⁊ vxorem eius: ⁊ filios: ⁊ oīa q̄ habebat ⁊ reddi. Procidens autem seruus ille rogabat eum: dicens. Patientiam habe in me ⁊ omnia reddam tibi. Misertus autē dn̄s serui illius dimisit eū: ⁊ dbitū dimisit ei. Egressus aūt seruus ille

inuenit vnum de conseruis suis qui debebat ei cētum denarios. ꝛ tenens suffocabat eum dicēs. Redde qđ debes. Et ꝓcidens cōseruus eius rogabat eum: dicens. Pacientiā habe in me ꝛ oīa reddam tibi. Ille aūt noluit: sed abijt ꝛ misit eū in carcerem donec redderet debitum. Videntes aūt conserui eius que fiebāt contristati sūt valde. ꝛ venerūt: ꝛ narrauerūt dn̄o suo oīa que facta fuerant Tunc vocauit illuȝ dn̄s suus ꝛ ait illi. Serue nequā: omne debitū dimisi tibi quoniā rogasti me. Nōne ergo oportuit ꝛ te misereri cōserui tui sicut ꝛ ego tui misertus sum. Et iratus dn̄s eius: tradidit eum tortoribus quousqȝ rederet vniuersuȝ debitū. Sic ꝛ pater meus celestis faciet vobis: si non remiseritis vnusquisqȝ fratri suo de cordibus vestris.

Postilla.

Simile est regnū celorū homini regi ꝛc. Mat. xviij. Historia huius euāgelij facta est anno xp̄i xxxij. vj. kl. Septēbris. luna. xii. feria. v. indictione. v. Ante initiū illiꝰ euāgelij dixit petrꝰ ad iesum. Dn̄e quotiēs peccabit in me frater meus ꝛ dimittā ei: vsqȝ septies. Dixit illi iesus. Nō dico tibi vsqȝ septies: sed vsqȝ septuagies septies. (idō assimilatū est regnū celorū) Lyra. idest status ecclesie militantis (homini regi). i. xp̄o q̇ ē verꝰ hō ꝛ verꝰ deus: rex regū ꝛ dn̄s dn̄inantiū. (q̄ voluit rōnē ponere cū seruis suis) idest rōnē exigere de factis hūanis (Et cū cepisset rōnē ponere oblatus est ei vnus qui debebat ei decem milia talenta) Ly. i. obligatꝰ ad magnā penā ꝓpter multa pctā (Cū aūt non hr̄et vnde redderet) Gor. i. cum viribꝰ suis satisfacere nō valeret. hō eni per se pōt ruere sed nō per se resurgere. (iussit eum dn̄s venundari). quantū ad aīam. (ꝛ vxorē) quantū ad corpus. (ꝛ filios) quantū ad opa. (ꝛ oia q̄ habebat) quātū ad tempalia. (ꝛ reddi) Nā ista oia venundanť: idest per pctm̄ mortale offerūť. (procidēs aūt seruus ille rogabat eū dicens. Patientiā habe in me) dando locū ꝛ tēpus pnie. (ꝛ oia reddaȝ tibi) ꝑ opa pnie satisfaciēdo iuxta posse. (misertꝰ aūt dn̄s serui illius) q2 misericors ꝛ miserator dn̄s. (dimisit eū) Gor. liberū a captiuitate culpe. (ꝛ debitū dimisit ei) Vn̄ Chris. Vide mi̅ricordiā dei. petierat dilationē ꝛ accepit oium pctōꝝ remissionē. (Egressus aūt seruus ille). s. a facie dn̄i sui per recidiuuȝ pcti. (inuenit vnū de cōseruis suis) Ly. idest de hoibus q̇ sunt serui dei cū ip̄o. (qui debebat ei centū denarios). i. modicū eū offendebat. quia

offēſa ī hoīez modica ē reſpectu of
fēſe ꝯmiſſe.i.deū(⁊ tenēſ ſuffocabat
eū)Ly.i.ſtrāgulabat.(dicēs. redde
ꝙ debes)Ly.oſtēdit auſteritas ī re
petendo vindictā ā ꝓximo.(⁊ pro
cidens ꝯſeruꝰ eius.Goꝛ.ideo de
buit miſereri qꝛ ꝓcidit.⁊ qꝛ ſeruꝰ
eiuſdē dei fuit.(rogauit eū:dicens
Pacientiā habe in me:⁊ oīa reddā
tibi).Ly.q.d.paratus ſum ſcdm
poſſibilitatē meā ſatiſfacere tibi.
(Jlle autē noluit:ſed abijt ⁊ miſit
eum in carcerē donec redderet de
bitum).Ly.in quo notat crudeli
tas in modo repetendi victaz).Ui
dentes aūt conſerui eius).Glo.in
terl.i.angeli qui referunt ad deuz
geſta hoīuz.vt pz Apoc.xxij.Cō
ſeruus tuus ⁊ fratrū tuoꝛū.(qui fi
ebant).oīa eni opera q̄ agimus ⁊
ſupplicia q̄ patimur videt.(Cōtri
ſtati ſunt valde).Glo.propter af
flictionē xpiani.Notandū ꝙ an
geli cōtriſtant ad culpā:⁊ letant
ad pniaz.vt pz Luce.xv.Gaudiū
eſt angelis dei ſup vno pctōꝛe pe
nitentiā ⁊c.(⁊ venerūt ⁊ narraue
runt dn̄o oīa q̄ facta fuerāt).ſ.q̄ri
moniā de perſecutoꝛibꝰ ꝓponēdā
(Tunc vocauit eū dn̄s ſuus).Ly.
Jſta vocatio fit ī moꝛte vbi de oī
bus reddemꝰ rōnē.)Serue nequā
oē debitū dimiſi tibi).Ly.i.ma
gnā offenſaz in me cōmiſſaz.(qm̄
rogaſti me.Nōne ergo opoꝛtuit
⁊ te miſereri conſerui tui).pua re
mittēdo.(ſicut ⁊ ego tui miſertꝰ ſū
(Et iratꝰ dn̄s eiꝰ tradidit eū toꝛtoꝛi
bus).Ly.i.demonibꝰ q̄ in hoc ex
ecutoꝛes ſunt diuine iuſticie.(do
nec redderet vniuerſum debituz).
Goꝛ.i.in ꝑpetuū.qꝛ ibi nō eſt lo
cus redēptiōis vel ſatiſfactionis:
ſed cōdēnatiōis.(Sic ⁊ pr̄ meꝰ ce
leſtis faciet vob̄ ſi nō dimiſeritis
vnuſq̄ſqz frī ſuo).Un̄ Hiero.foꝛ
midoloſa ſnīa ſi pua frī nō dimit
timꝰ:magna nob̄ a deo nō dimit
tunt.Un̄ Greg.cōſtat ex iā dictis
ꝙ ſi hoc qđ in nos delinq̄t ex coꝛ
de nō dimittimꝰ:illud a nobis per
pniaz dimiſſū fuiſſe nō gaudeamꝰ
(ex coꝛdibꝰ vr̄is)qꝛ nō ſufficit oꝛe
dimittere ſoluz:ſed ⁊ coꝛde.Unde
Hay.ſup Math.Nihil ꝓdeſt oꝛe
dimittere q̄ ſuat iracūdiā in mēte
Un̄ circa pn̄s euāg.vbi dr̄.Miſer
tus aūt dn̄s ſerui illiꝰ dimiſit eū:⁊
debitū dimiſit ei.q̄rit vtrū deꝰ ſit
magiſ miſericoꝛſ q̄ȝ iuſtꝰ vl̄ ecōuer
ſo.Rn̄det ꝙ deꝰ ſicut ē miſericoꝛs
ſic ⁊ iuſtꝰ:⁊ ecōuerſo.tn̄ miſicoꝛ
die effectus plus in nob̄ relucet q̄ȝ
iuſticie.Et iō qꝛ deus parcit in ſe
peccātibꝰ.⁊ miſicoꝛdia eiꝰ a ꝓge
nie in ꝓgenies.⁊ qꝛ effectꝰ miſeri
coꝛdie magis relucet q̄ȝ iuſticie:iō
deꝰ dr̄ nob̄ magis miſicoꝛs q̄ȝ iu
ſtus ⁊c.Nec miꝝ ſi deꝰ mō ſit mi
ſericoꝛs.Habet eni triplex foꝛuz.
Unū eſt in pn̄ti vita totiꝰ miſicoꝛ
die.qꝛ mō miſicoꝛdia audit cau
ſas:⁊ iuſticia facit ferias.Un̄ Jſa.
xvj.Preꝑabit in mīa ſoliū eiꝰ.Jō
oēs cauſas iuſticia mittit ad thro
nū gr̄e.Un̄ ad hebꝛe.iiij.Adeamꝰ
cum fiducia ad thronū gr̄e eiꝰ vt
mīa cōſeq̄mur.Aliud foꝛuz erit in

iudicio extremo: qd erit pure iusticie vbi iusticia audit causas et mia facit ferias: et ideo mia oes causas deinceps remittit ad soliu iusticie Un Isa. ix. Sup soliu dauid et sup regnu eius sedebit vt cofirmet illud. et corroboret in iudicio et iusticia amodo et vsqz i sepiternu. Tercium foru erit in purgatorio: qd est foru mixtu. qz ibi erit iusticia que pena infliget et mia q gloria dabit Un ps. lxxxviij. Misericordia et veritas pcedet facie tua. Et ibi existes dicere pot illud ps. c. Misericordiam et iudiciu catabo tibi dne. Et duo hec audiui qz ptas dei e. et tibi dne mia. qz tu reddes vnicuiqz iuxta opa sua et c. Seqt donec ercderet vniuersu debitu. Ubi notandu q dupl'r dicut pcta redire. Primo q no redeat qtu ad macula vl reatu s qtu ad igratitudine Qui eni p' acceptā remissione ad petin vadit grauius delin qt qz ingrat' tato bnficio existit. Et ita igratitudo pcti recidiuatis aggrauat q pena pcorum pteritor vr secu reducere. Un dr in decretis. Iteratio culpe iducit aggrauatione pene. ij. q. viij. bi q scdo dicut redir qtu ad pena sub stātialē. Sicut eni in celo e vn' denari'. i. vna btitudo substātialis: lz vn' magis altero pticipat. Un de hoc dicit apl's. Sicut stella differt a stella i claritate et c. Un etiā magr sniarum libro. iiij. dist in. xlix. dicit Electus ab electo differt in claritate mentis et corporis. Unde etiam Iohis. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sut et c. Sicut in inferno est vna pena substantialis per modum damni: scilicet carēcia visionis diuine. alia per modu sensus: scilicet vermis et ignis. et vtraqz pena debetur pro quolibet peccato mortali: scilicet scdm pl' vel minus. Dicuntur ergo peccata redire: quia recidiuanti eadem pena debetur genere que prius: licet sit maior sicut dicit beat' Iacobus. ij. capi. Qui in vno offendit factus est oium reus.

Dnica. xxiij. post octa. penthe. euāg. scdm Math. xxij.



In illo tē. Abeuntes pharisei cōsiliu inierunt vt caperent ihesum in sermone. et mittunt ei discipulos suos cu herodianis dicētes. Magister

scimus quia verax es: ꝛ viam dei in veritate doces: ꝛ non est tibi cura de aliquo. nō eni respicis personā hominuꝫ. Dic ergo nobis quid tibi videtur licet censum dare cesari: an nō Cognita autē iesus nequicia eorum: dixit. Quid me temptatis ypocrite. Ostendite mihi nūmisma census. At illi obtulerunt ei denariuꝫ. Et ait illis iesus. Cuius est ymago hec ꝛ superscriptio. Dicunt ei: cesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: ꝛ q̄ sunt dei deo.

Postilla.

¶ Abeuntes pharisei inierūt cōsiliū. Math. xxij. Marci. xij. Luce. xx. Hanc historiā dixit dn̄s āno eius. xxxiij. xij. kl. Aprilis. feria. iij luna. xij. inditione. vj. Ante initiuꝫ illius euangelij scribit sctūs Matheus in p̄cedēti capi. ꝙ xp̄s loq̄batur principib' iudeorū ꝛ phariseis, parabolā istaꝫ dicens. Homo paterfamilias plantauit vineam ꝛ locauit eam agricolis. Cū aūt tempus fructuū appropinquasset misit seruos suos ad agricolas vt acciperent fructus eius. Et agricole apprehensis seruis eius aliū ceciderunt: aliū occiderunt: aliū vero lapidauerunt. Nouissime misit ad eos filiū suū: dicēs. verebunt' forsitan filiū meū. Agricole vero apprehēsum euꝫ eiecerūt extra vineā ꝛ occiderūt. Et cū audissent principes sacerdotū parabolā istā cognouerūt quia de ipis diceret. Et q̄rentes eum tenere timuerunt turbas. q: sicut ꝓphetā eum habebant ꝛ relicto eo. (Abeuntes pharisei) Unde Chrisost. ab ipo xp̄o. (cōsiliuꝫ inierunt vt caperēt iesum in sermone. Ly. q: nō poterāt eū capere in malo ope. ꝛ q: facilius capit' hō in verbis q̄ꝫ in factis. (ꝛ mittunt ei discipulos suos) Ly. quasi hoies sibi incognitos scđꝫ estimationē eorū: vt corā ipis audacius loqueret' laxaret linguam ad aliq̄d dicendū vnde posset capi in verbis. (cum herodianis) Lyra Isti herodiani erant milites herodis qui interfecit Johānem baptistam. ꝛ venerat ad diē festū in hierusalē. q: ista questio fuit facta feria. iij. ante passionē xp̄i. Et de herode legit' ꝙ ipe erat ꝓtūc in hierusalē in die passionis xp̄i. q: venerat in hierusalē ꝓpter solēnitatem paschalē. Sic ergo milites herodis missi sunt cū discipulis phariseoꝝ: vt discipuli phariseoꝝ possent eum capere in sermone: ꝛ milites herodis statim caperent eum vt puniret' in corpe. Sic ergo pꝫ qualiter maliciose agebant cōtra eum sibi adulādo: vt facilius inducerent eum ad dicendū aliq̄d cōtra potestatē cesaris. (dicentes. Mag' scimus q: verax es: ꝛ viam dei in veritate doces). Lyra. scꝫ in sana

doctrina (z nō est tibi cura de ali quo: nō enim respicis personam hominū) quasi diceret: nō dimittis timore cuiuscūq hominis etiā imperatoris dicere veritatē. (Dic ergo nobis: quid tibi videtur. Licet censum dare cesari: an nō) Beda in omelia presentis euāgelij. Discussio erat in populo iudeorū. Alli qui dicebant illicitū esse iudeis q sibi recognoscerēt habere aliquē dnm in terris: sed solū deū qui est in celis. idcirco nō esse licitū dare censum cesari: q dant decimas vic timas z oblationes deo celi. Ecōtrario aūt alij asserebāt q esset dare licitū tributū romanis. quia p defensiōe patrie z terre militabāt: z ab hostibus z latronibus defendebant: z pacē inter homines conseruabāt. Hanc aūt questionē maliciose proponebāt xpo. Cogitauerūt enim intra se: aut responde bit pro nobis: aut pro cesare: aut omnino tacebit. Si respōdebit p nobis q nō debemus soluere tributū: tunc incurret indignationē cesaris: z statim milites herodis capient eū vt puniat. Si responde bit pro cesare q debemus soluere tributū: tunc incurrit indignationem populi. Si omnino tacebit: tunc dicemus quia veritatē timet dicere pp̄ter timorē hominū vel humanū. (Cognita aūt ihs nequicia eorū dixit. Quid me tēptatis ypocrite) Ly. quasi diceret. nō queritis veritatē adiscere: sed vobis me capere. (Ostendite michi numisma census). i. nūmū qui datur pro cē su annuo imperatori (At illi obtulerūt ei denariū) Ly. q2 iste nūm⁹ q̄ debebat pro annuo censu: a quo libet capitaneo dom⁹ valebat decē nūmos vsuales. z ideo vocabatur denarius. z erat argēteus. (Et ait illis ihs. Cui⁹ est imago hec z superscriptio) Ly. q2 imago cesaris erat impressa in illo z nomē ei⁹ in circuitu (Dicūt ei cesaris) Unde Hiero. Tyberij sub quo passus ē dñs (Tunc ait illis. Reddite q̄ sunt cesaris cesari) Goz. sicut tributū z pecunias per quas ɔfitemini vos vere subiectos esse illi (z que sunt dei deo). i. decimas. p̄micias. oblationes. atq victimas. Sic fecit ipse xp̄s qui reddidit tributa cesari pro se z p petro. z deo reddidit q̄ dei patris sunt: faciēs voluntatē eius semper.



¶ Dñica.xxiiij.post octa. pē the. Euāgel. Scōm math.ix.



IN illo tpe. Loquēte ihu ad turbas: ecce pnceps vnus accessit: ꝛ adorauit eū dicēs. Dñe filia mea modo defūcta est: sed veni impone manū tuā super eā ꝛ viuet. Et surgens ihs sequebatur eū ꝛ discipuli ei⁹. Et ecce mulier q̄ fluxum sanguinis patiebatur duodecim ānis: accessit retro ꝛ tetigit fimbriā vestimēti ei⁹. Dicebat aūt intra se. Si tetigero tantū vestimentū eius: salua ero. At ihs cōuersus ꝛ videns eā: dixit. cōfide filia: fides tua te saluā fecit Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset ihs in domū principis ꝛ vidisset tibicines ꝛ turbam tumultuantē: dicebat. Recedite: non est eñ mortua puella: sed dormit: ꝛ deridebāt eū. Et cū eiecta esset turba intrauit ꝛ tenuit manū eius: ꝛ dixit. Puella surge. ꝛ surrexit puella. Et exiuit fama hec in vniuersam terram. ¶ Postilla.

¶ Loquēte ihu ad turbas. Math.ix. Marci.v. Luce.viij. Historia hui⁹ euāgelij facta est anno xpi.xxxi.iiij. Idus Nouēbris. feria iij. luna. vij. inditione. iiij. Ante initiū illi⁹ euāgelij scribit sanct⁹ Matheus in eodem caplo. ꝙ discipuli Iohis baptiste accesserūt ad ihesū dicētes. Quare nos ꝛ pharisei ieiunamus frequēter: discipuli autē tui nō ieiunant. Ait illis ihs. nūquid possunt filij sponsi q̄diu cū illis est spōsus lugure. Uenièt aūt dies cū ab eis auferet sponsus: ꝛ tunc ieiunabūt. Tunc sequit euāgeliū hodiernū. (Loquēte ihu ad turbas: ecce princeps vnus accessit) Lyra. q̄lis aūt fuerit princeps iste nō exprimitur hic: sed habet Marci. v. ꝛ Luce. viij. vbi dicit ꝙ erat pnceps synagoge noie Iair⁹ Iudei eñ habebāt tantū vnū templū vbi poterāt offerre ꝛ immolare. scz in ihrlm: sed in alis ciuitatibus ꝛ villis habebāt loca determinata in quibus cōueniebat populus ad orandū ꝛ ad audiendū vbū dei: ꝛ ad tractandū de his que ptinebāt ad comunē vtilitatē popli. Et ille qui preerat cui⁹ auctoritate cōgregatio fiebat dicebat pnceps synagoge. ꝛ talis erat iste q accessit ad ihm. (Et adorabat eū) humiliter. q: cecidit ad pedes ei⁹. scz faciēdo sibi reuerentiā debitā (dicēs Dñe filia mea modo defuncta est: sed veni impone manū tuā sup eā ꝛ viuet) Marci. v. dicit ꝙ dixit eā esse in extremis. Luce. viij. dicit ꝙ moriebat. Et hoc est vex quādo

pater ab ea recessit. sed anteq̄ ve-nit ad ihm mortua est. ppter qd̄ nūcij venerūt de domo q̄ dixerūt. Noli vexare magistrū: q: defūcta est filia tua: credentes q̄ xp̄us nō posset suscitare eā a mortuis: licet posset eā sanare (⁊ surgēs ihs seq-batur eū ⁊ discipuli ei⁹) Ly. pgēs ad domū ei⁹ ppter fidei sue meritū (Et ecce mulier q̄ sanguinis fluxū patiebat̄ duodeciz ānis) Lu. viij. dicit̄ q̄ i medicos erogauerat oēm substātiaz suā: nec ab vllo potuit curari (accessit retro) xp̄us em̄ erat in turba magna q̄ eum cōpme-bat. vt habet̄ Marci. v. Et ideo de facili nō potuit habere accessū ad eū (⁊ tetigit fimbriā vestimēti ei⁹) Gor. Indignā se reputabat tāge-re pedes dn̄i: vel etiā plenitudinez vestimenti. habebat em̄ xp̄s fim-brias iuxta ɔsuetudines iudeoꝝ se cūdū pceptū legis. vt patz Nume xv. (Dicebat eniz intra se). s. firmi ter credēdo. si tetigero tantū vesti mentū eius salua ero). s. ab hac in firmitate. Magna fides mulieris q̄ credidit tantā virtutē esse in vesti-mētis xp̄i q̄ a tactu sanaret̄ que p medicos sanari nō poterat: pro q̄ bus tantū expendit q̄ depaupata fuit. vt dicit̄ Luce. viij. (Et ihs cō uersus ⁊ vidēs eā dixit. Confide fi lia: fides tua te saluā fecit) Gorra. Nō dixit ego sanaui te: sz fides tua te saluā fecit. vt vitandā ostēsionē doceat, ⁊ meritū fidei extollat. (Et salua facta est mulier ex illa hora) ⁊ Ambro. videtur velle q̄ hec mu lier erat Martha virgo: soror bea te marie magdalene ⁊ sancti lazari ¶ Notandū q̄ in via eundo ad fi liā principis archisynagogi: sana uit mulierē istam per tactū vestis sue. vt sic princeps ille in fide soli daretur. (Et cū venisset ihs in do-mū principis ⁊ vidisset tibicines) scz carmē lugubre canētes. Antiq̄ tus eniz tales ad exequias vocaba tur: vt suo carmine alios ꝓuoca-rent ad luctū (⁊ turbā tumultuan tem) idest lachrimantē ⁊ eiulantē. (dicebat Recedite: nolite flere) vt habet̄ Luce. viij. per hoc q̄ dicit nolite flere. docet nos q̄ mortuos nostros nō debemus excessiue de-flere: presertim cū fuerint boni ho mines: quia licet moriāt mundo: viuūt tamen deo. Ipsos em̄ nō a-mittimus sed premittimus. vt dic̄ Augu. In veteri testamento triste fuit mori ⁊ terribile: quia tūc oēs in infernū descenderūt. Unde Iob xvij. Infernus domus mea est ⁊ in tenebris straui lectulū meū. Unde ysidorus. lib. xx. de summo bono Illi plorādi sūt in morte quos mi-seros infernus recipit ex hac vita: nō quos celestis aula letificās in-cludit. ⁊c. (Nō est eniz mortua pu ella sed dormit) Ly. hoc dixerat q: poterat eaz ita faciliter suscitare a morte sicut homo pōt aliū hoiem a sōno excitare (⁊ deridebāt eū) ec-ce deridet̄ dn̄s ihs xp̄s. nec irascit̄ nec arguit eos. (Et cū ei ecta esset turba) lamētantiū tumultuantiū ⁊ deridētiū: q: ex quo erāt increduli

⁊ derisores xpi: nō erant digni vi/dere miraculū (intrauit). s. ad locū vbi puella iacebat cū patre. ⁊ matre eius. ⁊ petro ⁊ iacobo ⁊ iohāne. vt habetur Marci. v. Ad hoc vt essent testes miraculi. (⁊ tenuit manū eius ⁊ dixit) clamādo vt habetur Mar. v. Thabita cumi. qd interptat̄ Puella tibi dico surge. scʒ de lecto mortis (⁊ cōfestim surrexit puella ⁊ ambulabat: ⁊ iussit illi dare māducare) ⁊ hoc in signū vere resurrectiōis. ⁊ stupuerūt parētes ei⁹ quibus precepit ne alicui dicerēt qd̄ factū erat. vt hētur Luce. viij. s. ad insinuandū humilitatē. (Et exijt fama hec). s. tāte potētie (in vniuersam terrā illā) Nota circa presens euāgeliū vbi dr̄: Confide filia: fides tua. ⁊c̄. Notandum q̄ fides xpiana est firma ⁊ da pater primo ex miraculoꝝ factione. In nulla em̄ alia fide seu secta fuūt miracula nisi ī nostra fide q̄ ab initio mūdi fuit miraculis ɔfirmata. videlicet tp̄e pphetaꝝ q̄ eam prophetabāt: ɔscribebāt. Item in nouo testamēto tp̄e xpi ⁊ tp̄e apostoloꝝ qui eā predicabāt ⁊ in cordibus hominū plātabāt. Similiter ⁊ sancti q̄ post aplo̅s pdicauerūt fidē. sicut patet in legendis sanctoꝝ. Itē etiā sarraceni confitētur q̄ machomet nullū miraculū fecit. Scd̄o patet ex tyrānoꝝ persecutione. Om̄e em̄ regnū videt̄ esse consumptū quādoqʒ ab inimicis ꝓpter eoꝝ potentiā. Exēplum de regno assirioꝝ ⁊ grecoꝝ ⁊ romanoꝝ ⁊ sic de alijs. Fideles autē propter fidem xpi quā tenebāt ⁊ defēdebāt maximas ⁊ generales persecutiones multo tp̄e ab imperatorib⁹. a regibus. a principib⁹. a iudicib⁹ ⁊ potētibus mūdi passi sūt. vt dicit beat⁹ Augu. ⁊ nō potuerūt ipsaʒ fidē xpianam extirpare: sed quotidie crescebat ⁊ augmētabat̄. Item notandū hic q̄ quādo homini infundit̄ fides. tūc etiaʒ infundūtur omnes alie virtutes. ⁊ ideo oportet vt homo agat scd̄m fidē ⁊ alias virtutes quas recipit: alias in eo fides ⁊ virtutes essent frustra. ⁊ melius esset fidē nō habere q̄ eam malis operib⁹ impugnare ⁊ negare. Unde aplus. Confitent̄ se nosse deū: factis aūt negāt Ubi diligēter est notandū q̄ mali xpiani peiores sunt sarracenis q̄ tū ad quatuor. Primo q: saraceni xp̄m negāt vbo: sʒ isti facto. pei⁹ em̄ est factū q̄ verbū. Tales enim sunt similes militib⁹ pilati qui genua flectebāt corā ipō dicētes aue rex iudeoꝝ. Et percutiebāt eū palmis. Tales em̄ sunt significati per illā ficū habētē solū folia cui xp̄s maledixit q̄ statim aruit. Scd̄o q: saraceni ex ignorātia xp̄m negant. nō em̄ credūt ipm̄ esse veꝝ deum ⁊ dn̄m suū. Si em̄ scirēt: multi eoꝝ saluarent̄ p eoꝝ bona opa que faciūt. Xp̄iani aūt sciūt ⁊ firmiter credūt ipm̄ xp̄m esse dn̄m suū: ⁊ tn̄ ei negāt debitū obsequiū. qd̄ maius malū videt̄ esse. Exemplū si duo hoīes negarēt debitum obsequiū

regi: ita q̃ vnꝰ diceret. dñe nescio q̃ debeã vobis obsequiũ hoc exhibere. si em̃ scirẽ: libẽter exhiberẽ. Alter vero diceret. scio q̃ hoc exequiũ voƀ debeo: sed nolo. voƀ exhibere: manifestũ est q̃ magis offenderet regẽ. Tertio qꝫ saraceni legem suã obseruãt: tales autẽ nullius legis esse videtur. qꝫ nec saraceni nec xp̃iani sunt: ꝛ ideo tales sine lege peribunt. Quarto qꝫ tales videtur esse apostate a fide xp̃stũ ad rem fidei. Videtur etiã periuri eoꝝ q̃ in baptismate ꝑmiserũt. scʒ renũciare diabolo ꝛ põpis eiꝰ Et ideo malo xp̃iano fides erit ei in cumulũ dãpnatiõis eiꝰ: qꝫ grauius peccat xp̃ianus fornicãdo ꝛ alia q̃ ꝓhibetur in lege ꝛ euãgelio trãsgrediẽdo q̃ paganus. Etiã plus puniet ꝛ ꝓfundiꝰ dãnatur Unde de hoc dicitur in decretis. fidelis malus peioꝛ ẽ infideli: ꝛ grauiꝰ peccat. ꝛ pena grauioꝛ sibi debetur. i. q. ꝑma Noui.

ℂ Dñica. xxv. post octauas pẽthecostes Euãgelium.

In illo tp̃e. Cũ subleuasset oculos iħs ꝛ vidisset quia multitudo maxima venit ad eũ. ꝛc. De hoc euãgelio Reqũre in medio. xl. s. dñica Letare. Nã bis legitur hoc euãgeliũ in anno.

ℂ In festo dedicatiõis tẽpli. Euãgel. Scdm̃ Lucam. xix.



In illo tp̃e. Ingressus iħs perambulabat hierico. Et ecce vir noie zacheus. ꝛ hic erat princeps publicanorum ꝛ ip̃e diues. Et querebat videre iħm quis esset: ꝛ nõ poterat p̄ turba: quia statura pusillus erat. Et precurrẽs ascendit in arborem sicomorũ vt videret illũ: quia inde erat transiturus. Et cũ venisset ad locũ suspiciens ihesus vidit illũ: ꝛ dixit ad eum. Zachee festinãs descende: quia hodie in domo tua opoꝛtet me manere. Et festinãs descendit: ꝛ excepit illũ gaudens. Et cum viderẽt omnes murmurabant dicẽtes: q̃ ad hominẽ peccatorẽ diuertisset. Stans aũt zacheus: dixit ad dominũ. Ecce dimidiũ bonorũ meorũ dñe do pauperibus: ꝛ si quid aliquẽ defraudaui reddo quadruplũ. Ait ie sus ad euʒ. Quia hodie salus huic domui facta est: eo q̃ ꝛ ipse filius sit abrahe. Venit em̃ filius hominis q̃rere ꝛ saluũ facere quod perierat.

ℂ Postilla.

¶ Ingressus ihs perambulabat. &c. Luce. xix. Historia huius euāgelij facta est anno xpi. xxxiij. xvi. Kl. Aprilis. luna. vij. inditiōe vi. Ante initiū illius euāgelij scribit sanctus Lucas in precedēti capi. q quidam adolescēs interrogauit ihm dicēs. Magister: quid faciēdo vitā eternā possidebo. Dixit autē ei ihs. Si vis ad vitā ingredi: serua mandata Qui ait. Hec omia custodiui a iuuētute mea: qd adhuc michi deest. Ait illi ihs. Si vis pfectus esse: vade & vēde omia que habes & da pauperibus: & habebis thesaurū in celo. & veni sequere me His ille auditis cōtristatus est: qr diues erat valde. Uidēs illū ihesus tristē factū: dixit. Quā difficile q pecunias habent in regnū dei intrabūt. Ly. difficile dicit & nō impossibile: qr difficile est diuitiās possidere & nō teneri nimis amore eaꝝ. facilius est camelū per foramen acus trāsire: q diuitē intrare in regnū dei. Ly. hoc nō intelligitur de quolibet diuite: sed de diuite constituēte finē in diuitijs & totam confidentiā suā. Ergo Marci x. dicit q difficile confidētes in pecunijs intrabūt in regnū. Ly. possessio diuitiaꝝ reddit hominē difficilem ad perfectionē acquirendā: nō tamē facit īpossibilē: qr abraham fuit diues valde & tamen fuit perfectus. vt habet Genes. xvij. Et ideo dicit Ecclastici. xxxi. Beatus vir diues q inuētus est sine macula. & sequitur. Et quis est hic & laudabimus eū. quasi diceret. vix & cū difficultate inuenit. Et auditis his discipuli mirabātur valde dicētes. Quis ergo poterit saluus fieri. Ait illis. Quecūq impossibilia sunt apud homines: possibilia sunt apud deū. Quia sicut dic Bernar. Deus potest a cupiditate terrenoꝝ cōuertere ad cupiditatē eternoꝝ. vt patet. Sapiē. xiij. potens es dñe ex omibus saluare. vñ qui illud qd superest pauperibus tribuūt: & eos sibi amicos constituūt: regnū celoꝝ intrare possunt Ut patet Luce. xvi. facite vobis amicos de māmona iniqtatis: vt cū defeceritis: recipiant vos in eterna tabernacula. Similiter q diuitijs suis opera misericordie exercent. s. cibando esurientē. potādo sitientē. hospitādo peregrinū. vestiendo nudū. & sic de alijs. Unde Math. xxv. Esuriui: & dedistis michi mādūcare. &c. Uēite benedicti patris mei possidete vobis regnū paratū a constitutiōe mundi. Luc postmodū sequit euāgeliū hodiernū. (Ingressus ihesus perambulabat iherico) que ciuitas distat ad vnā dietam a ihrlm. (& ecce vir noie zacheus) Gor. nominatur expresse tanq dignus noie: quia in libro vite erat scriptū nomē eius. & hic erat princeps publicanoꝝ) Ly. nō tantū publicanus: sed princeps publicanoꝝ. In quo apparet maior misericordia dei in eius vocatiōe. vt vbi abūdauit delictū superabūdaret & gratia. (& ipse di

ues) Ly. quia auarus fuit in acq̄rendo. (et querebat) id est desiderabat (videre ihm̄ quis esset) in psona. et hoc ex deuotione. (et nō poterat pre turba) Ly. ex quo patet deuotio populi ad xp̄m (quia statura pusillus erat). s. in persona corporis. (et precurrēs). i. p̄ alijs currēs. (ascēdit in arborē sicomoꝝ) Gor. vt qd̄ natura minus haberet: ascē su arboris suppleret. Sicomorus est arbor moro similis in folijs: sz altitudine prestās. et interpretatur ficus fatua. et significat crucē xp̄i: que gētilibus stulticia est: iudeis vero scandalū: xp̄ianis aūt dulcedo et honoꝝ (vt videret illū quia inde erat transiturus) scz ex illa pte qua erat sicomorus. Querit quid mouit eum ad hoc vt sic desiderabat videre ihesuz. Respōdet fm̄ Augustinū. q̄ ipse audit. Audiuit enī famā vndiq3 circūuolantē de ihu q̄ solo verbo infirmos curaret. ergo desiderabat ip̄m videre. (et cuz venisset). s. ihesus (ad locū: vidit illū) nō tantū visu corporis: sz etiā respectu pietatis et mi̅ricordie (et dixit ad illū) tan q̄ iam dignū diuino eloquio (Zachee festinās descēde) vocat eū ex noīe: ad ostēsionē sue infinite sapiētieq̄ et nos oēs nouit et nominat. Unde i. ps. cxlvi. Qui numerat multitudinē stellaꝝ: et oībus eis noīa vocat. (quia hodie in domo tua oportet me manere) Lyra. in domo materiali propter refectionē xp̄i et discipuloꝝ suoꝝ. Et in domo spirituali consciencie per gratie infusionē. (At ille) scilz zacheus (festinans) Gor. nō procrastinans: nō se excusans (descendit) nō tantū descensu locali: sed et mentali per humilitatē. (et excepit illum) scz xp̄m (gaudens) scz de tāti hospitis aduentu (Et cum viderūt omes) idest pharisei et alij malignātes. scz q̄ intrauit domū publicani. (murmurabāt dicentes q̄ ad hominē peccatorē diuertisset.) Lyra. et hoc irrationabiliter fecerunt: quia nullus rationabiliter potest murmurare si medicus visitet egrotū ad ipsum sanandū. Insup false iudicauerūt de zacheo qui iā peccator nō erat: sed vere penitēs (Stans aūt zacheus dixit ad dn̄m) quasi paratus ei obedire (ecce dimidiū bonoꝝ meoꝝ dn̄e do pauperibus) Non dicit dabo in futuro. scz post mortem meā: sed do in presenti. quia vnus denarius in vita plus valet q̄ mille post mortē. (Et si quid aliquē defraudaui) id est fraudulēter aliquē decepi (reddo quadruplum) ergo in q̄tum cunq̄ modico. In hoc autez q̄ ponit sub dubitatione dicens (Si qd̄ aliquē defraudaui) ostendit se non multum defraudasse (reddo) nō dicit reddaz: quia tenetur homo stati restituere res iniustas iuxta omnem possibilitatem suā. Unde Augusti. Nō dimittit̄ peccatū nisi ablatū restituat (quadruplū) vtinaz vsurarij et raptores. etc. redderent simplū. (Ait aūt ihesus: quia hodie huic domui salus a deo facta est.)

Doi.i.toti familie: et specialiter d scientie zachei que facta est domus dei per gratiã inhabitatiõis (eo q et ipse filius sit abrahe) vnde Beda Zacheus filius abrahe dicitur nõ q de stirpe eius genit⁹: sed q est fidem eius imitatus. Et sicut ille terram domumq paternã deseruit. ita iste zacheus dimidiã partē bonoꝝ suoꝝ pauperib⁹ distribuit. Ex his videtur q nõ fuit iude⁹ sed paganus: quia oēs iudei de stirpe abrahe descenderũt. Et idem videt dicere Ambrosi⁹ (venit em fili⁹ hoīs) Doi. de celo in mũduz per humanitatis assumptionē (querere) per doctrinã suã (et saluũ facere) p gratiã (quod perierat) per culpã.

Euãgelioꝝ dñicalium postilla per circulum anni. Finit feliciter.

Incipit postilla

super euãgelia de sanctis.

In festo sãcti Andree apli Euãgeliũ. Scdm Math. iiij.

In illo tpe. Ambulãs ihs iuxta mare galilee: vidit duos fratres symonē qui vocatur petrus: et andreã fratrez eius: mittentes rhete in mare. Erãt em piscatores: et ait illis. Venite post me et faciã vos fieri piscatores hoīm. At illi continuo relictis rhetibus: secuti sũt eum. Et pcedēs inde vidit alios duos fratres: iacobũ zebedei et iohãnez fratrē eius in naui cũ zebedeo patre eoꝝ reficientes rhetia sua: et vocauit eos. Illi aũt statiz relictis rhetib⁹ et patre secuti sunt eum.

Postilla.

Ambulãs ihs iuxta mare etc. Mathei. iiij. Marci. j. Luce. v. Historia huius euãge. facta est anno xpi. xxxi. vi. Idus Junij. dñica luna. iij. indictõe. iiij. Ante initiũ illi⁹ euãgelij scribit sanct⁹ Math. in eodē cap. q postq xps ieiunauit xl. dieb⁹ et xl. noctibus in deserto: tũc postmodũ vēit et habitauit in capharnaũ in finib⁹ zabulõ et neptalim: et cepit predicare et dicere. Penitentiam agite: appropinqbit em regnũ celoꝝ. (Ambulãs ihs iuxta mare gallilee) Ly. mare illõ est quidã lacus habēs centuz stadia lõgitudinis. et qdragita latitudinis per quē transit iordanis fluui⁹. vt dicit Hiero. Dicit aũt mare scdm modũ hebraycũ loquẽdi: in quo magna cõgregatio aquaꝝ vocat mare. scdm illud Genes. j. Cõgregationes aquaꝝ appellauit maria Uocatur etiam stagnũ genezareth vt patet Luce. v. Dicitur etiã mare galilee: quia est in regione illa. Et etiam dicitur aliquando mare tyberiadis: a ciuitate tyberia sita

sup ipsum mare.(Uidit duos fratres)Gor.nō tm̄ corꝑaliter:sȝ etiā spūaliter. Uñ Chrisosto. Ad corda plus q̄ ad faciē respiciens.(symonē qui vocat̄ petrus ⁊ andreā fratrē eius mittētes rhete in mare) Gor.ad piscandū ⁊ ad q̄rendū victum.(Erāt eni piscatores) Unde Chrisost.piscatores illiterati mittunt̄ ad predicandū ne fides credētium nō in virtute dei:sed in eloquētia siue in doctrina hoīum putaret̄.(At illi cōtinuo relictis rhetibus secuti sunt eum).Uñ Chris. In hoc docuerunt nos apli ꝙ nemo potest terrena possidere:⁊ ꝑfecte ad celestia properare.Aer inter celum ⁊ terrā cōstitutus ostendit ꝙ inter celestia ⁊ terrena nulla potest esse coniunctio.celestia q₂ spiritualia ⁊ leuia sūt sursum ducunt.terrena q₂ ponderosa ⁊ grauiora deorsum deponunt.Ly.Sciendū ꝙ isti apli legunt̄ ter vocati a xp̄o.Prima vocatio fuit imediate post baptismū xp̄i.vt habet̄ Joh.j.Quādo duo discipuli iohānis baptiste audierūt ipm̄ dicentē de xp̄o.Ecce agn⁹ dei ecce q̄ tollit pctā mūdi.⁊ ibidē dr̄ ꝙ Andreas frater symonis petri erat vnus ex duobus q̄ secuti fuerāt iesū.⁊ ibi dr̄ q̄ūo Andreas adduxit frēm suū symonē ad iesū.Scd̄a vocatio fuit in captura piscīū.quā describit Luc.v.ca.d.ꝙ xp̄s propter turbas irruentes ascēdit in nauim petri ad predicandū populo. Et finita predicatiōe:iussit relaxare rethe in capturam piscīū. Et visa multitudine piscīuȝ captorū:sciens petrus ꝙ nō poterat esse virtute humana:procidit ad genua iesu dicēs Exi a me dn̄e quia hō pctōr sum. Sed ille due vocationes nō fuerūt ꝑprie ad aplātum:sed ad quandā familiaritatē. Tertia vocatio fuit ista de qua fit mentio in euāgelio hodierno qñ relictis rhetib⁹ ⁊ naui secuti sunt iesū.ampli⁹ ad predicta negocia nō reuersuri:sed intendentes doctrine xp̄i. ergo dixit eis (faciā vos fieri piscatores hoīuȝ. ⁊ procedēs inde)⁊c.Gor.i.a loco illo ad aliuȝ.(vidit alios duos fratres Jocobum zebedei ⁊ iobannē fratrē eius in naui cuȝ zebedeo patre eorū reficientes rhetia sua)Uñ Chrisost.i.reparātes qd̄ maxime est paupertatis indiciū.vetera reparabāt.q₂ noua vnde emerēt nō habebāt.(⁊ vocauit eos)Gor.duos vocat ⁊ destinat. ⁊ pȝ Luce.x. primo ꝑpter duos ppl̄os cōuertendos.scȝ iudeoȝ ⁊ gētiliū.Scd̄o ꝑpter duplicē salutēȝ.s.corpis ⁊ aīe. Tertio ꝑpter testimonij veritatē.vt pȝ deutro.xix.In ore duorum stat oē testimoniū.(Jlli āt statim relictis rhetib⁹ ⁊ p̄re secuti sūt eū).Sȝ q̄rit̄ hic q̄ūo isti apli relictis oībus secuti sunt eum. Dicendum scd̄m Ly.ꝙ in xp̄o erat virt⁹ diuinitatis.⁊ ideo sicut poterat exterius vocare per vocem:ita potuit interius attrahere pro voluntate sua per in spirationē. Jteȝ notandum ꝙ xp̄us simplices pisca-

tores potius cõstituit aplos ꝛ pꝛe dicatores euãgelij ꝙ litteratos vt fides euangelij magis attribueret sapientie diuine ꝙ humane.

¶ In die sancti Nicholai.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Sint lũbi vestri pꝛecincti. ꝛ lucerne ardẽtes in manibus vestris. Et vos similes ꝛc. Hoc euãgelium q̃re infra in cõmuni sanctoꝛũ.

¶ In festo sctĩ thome aplĩ.

In illo tempe. Thomas vnus ex duodecim q̃ dicitur dydimus nõ erat cũ eis quãdo ꝛc. hoc euangelium cum sua postilla quere ãte in dñica octaua pasche.

¶ In die sctĩ stephani pthomartyris euãg. sedꝫ mat. xxiij.



In illo tpe. Dixit ihesus turbis iudeoꝛũ ꝛ principibus sacerdotum. Ecce ego mitto ad vos pꝛophetas ꝛ sapientes ꝛ scribas: ꝛ ex illis occidetis ꝛ crucifigetis: ꝛ ex eis flagellabitis in synagogis vestris: ꝛ persequimini de ciuitate in ciuitatẽ: vt veniat super vos omnis sanguis iustus q̃ effusus est super terram a sanguine abel iusti vsqꝫ ad sanguinẽ zacharie filij barachie quem occidistis inter templũ ꝛ altare. Amen dico vobis. venient hec omnia super generationem istam. Hierusalem hierusalem que occidis pphetas ꝛ lapidas eos q̃ ad te missi sunt. Quotiens volui cõgregare filios tuos queadmodũ congregat gallina pullos suos sub alas ꝛ noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enĩ vobis nõ me videbitis ammodo donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine dñi.

¶ Postilla.

¶ Dicebat iesus turbis iudeoꝛũ. ꝛc. Mathei. xxiij. Luce. xj. Historia huius euangelij facta est anno xpĩ. xxxiij. xj. kl. Aprilis. feria. iij. luna. xij. inditione. vj. Ante initium illius euangelij scribit sanctus Matheus in eodem caplo ꝙ xps maledixit scribis ꝛ phariseis dicẽs. Ue vobis scribe ꝛ pharisei ypocrite qui clauditis regnũ celoꝛũ ante hoĩes. vos enĩ nõ intratis nec introeuntes sinitis intrare. Ue vobis scribe ꝛ pharisei ypocrite qui decimatis mentã ꝛ anetũ ꝛ ciminũ: ꝛ reliquistis que grauioꝛa sunt legis: iudicium misericoꝛdiam ꝛ fidem. Hec opoꝛtuit face-

re ⁊ illa non omittere. Duces ceci excolentes culicem: camelū autē glutiētes. Ue vobis scribe ⁊ pharisei ⁊ ypocrite qui similes estis sepulchris dealbatis que a foris apparent hoībus speciosa: interius vero sunt plena ossibꝰ mortuorū ⁊ oī spurcicia. Sic ⁊ vos a foris qͥdem apparetis hoībus iusti: intꝰ aūt estis pleni ypocrisi ⁊ iniqͥtate Lūc postmodū sequit̄ euangeliū hodiernū. (Dicebat aūt iesus turbis iudeorū ⁊ principibꝰ sacerdotū. Ecce ego mitto ad vos) Gor. instruendos ⁊ reuocandos ad me. (ꝓphetas ⁊ sapientes ⁊ scribas). Ly. qꝛ in discipulis xp̄i multi habuerunt spm̄ propheticū. sicut iohānes euāgelista. vt pꝫ in Apoc. Aliqui etiā fuerūt scribe. sicut q̄tuor euāgeliste qui scripserūt verba ⁊ facta xp̄i. ⁊ etiā apl'i qui scripserūt eplās ad instructionē ppl'i xp̄iani. Fuerunt etiaꝫ sapientes. qꝛ de diuinis ⁊ celestibus a deo illuminati. (⁊ ex eis occidetis). qꝛ Jacobꝰ frater iohānis ab eis est occisus. vt patet Act. x. ⁊ sanctꝰ Stephanus lapidatus. vt patet Act. viij. ⁊ multi alij. (⁊ crucifigetis). vt petrū ⁊ andream fratrem eius. ⁊ philippū apostolū ⁊ multos alios. (⁊ ex eis flagellabitis in synagogis vestris. hoc patꝫ in Actuū apostolorū vbi dicit̄ ꝙ omnes apostoli fuerunt simul flagellati a iudeis ⁊ prohibiti ne predicarent in nomie ihesu. Actuū. iiij. Et petrus respōdit. d. Oportet deo plus

obedire q̄ꝫ hoībus. (⁊ persequimini de ciuitate in ciuitatem). in signum huius xp̄s discipulis suis dixit. Joh̄. xv. Si me pesecuti sunt ⁊ vos persequent̄ nō est seruus maior domio suo. Item xp̄us dixit discipulis suis. Mathei. x. Cum vos persecuti fuerint ī vna ciuitate fugite in aliam. (vt veniat super vos) idest generationē istam. (omnis sanguis iustus) idest debita vltio pro effusione sanguinis iustorum. (qui effusus est super terram a sanguine abel iusti (quem frater suus cayn occidit ideo quia deus respexit ad abel ⁊ ad munera eius sed ad cayn ⁊ munera eius non respexit. (vsqꝫ ad sanguinem zacharie filij barachie quem occidistis) propterea quia arguebat ex iussu ⁊ inspiratione dei regem israel cū populo suo. vt habet̄. ij. Parali. xxiiij. Spiritus domini induit zachariam filium ioiade sacerdotis ⁊ stetit in conspectu populi dicēs Quare trāsgredimini preceptū domini. ⁊ congregati aduersus eum miserunt lapides iuxta preceptum legis ⁊ ip̄m occiderunt. (inter templum ⁊ altare) scꝫ holocaustorum quod erat iuxta templum. idest in atrio templi. Notandū scd̄m Ly. ꝙ abel fuit simplex homo pastor ouiū ⁊ illitteratus. zacharias fuit litteratus ⁊ legisperitus. Per hos eni duos itelligūt̄ oēs iusti ad eis occisi. ⁊ ē sēsus vt veniat sup vos omnis sanguis iustꝰ q̄ effusus ē a sāguine abel iusti vsqꝫ ad sāguinē

zacharie filij barachie.i.sāguie iu
sti minimi vsqꝫ ad sanguinē maxi
mi iusti.(Amen).Lyra.i.fideliter.
(dico vobis veniēt hec oia super
generationē istam).i.sup pplm iu
daicum:qꝛ pro criminibꝰ istis pu
nitus est multiplr diuersis tpibus
(hierlm hierlm)hic ponitur conti
nens pro cōtento.quia frequēter
dicitˀ ciuitas hoc facere qḋ ppls
in ea habitans facit.(que occidis
pphetas)Ly.i.cōsueuisti occide
re.(⁊ lapidas eos q̄ ad te missi sūt)
idest ad instructionē tuaꝫ.sicut pꝫ
in antiquis prophetis.(Quotiēs
volui congregare).Lyra.sub cul
tu vnius dei per fidem ⁊ charitatē
(filios tuos).i.iudeos.(quēadmo
dum congregat gallina pullos su
os sub alas.Ponit hic exemplum
de gallina:ad ostendendū affectuꝫ
suū ad pplm suū.Inter alias aues
gallina videtur magis affici ad cō
seruationē ⁊ nutritionē pulloꝝ.
Unde Ambrosiꝰ.hec auis tā ma
gnum affectū habet ad pullos vt
eorum infirmitate affecta infirme
tur:⁊ eos alis suis protegens con
tra miluuꝫ pugnet.(Et noluisti).
Lyra.Quia pphetas ad eos mis
sos contēpserūt.⁊ postea sanctuꝫ
Iohannē baptistā:⁊ vltimū dn̄m
nostrū ihesum xp̄m cum discipu
lis suis contēpserūt.propter qḋ
subditur hic pena.(Ecce relinque
tur vobis domus vestra).Gosra.
idest templū ⁊ ciuitas.(deserta).s.
propter destructioneꝫ ciuitatis ⁊
templi que facta est per Tytum ⁊
Uespasianū in vindictam mortis
xp̄i ⁊ suoꝝ prophetarū ⁊ etiam
aploꝝ.(Dico enim vobis non
me videbitis āmodo).Lyra.idest
tempe passionis xp̄i que de proxi
mo iminebat futura quando xp̄s
dixit illa verba.(donec dicatis.be
nedictꝰ qui venit in noīe dn̄i.Ly.
hoc erit quando xp̄us veniet ad
iudicium.Tunc enim iudei qui in
fine mundi credituri sunt in xp̄m
quando cognoscēt se ab antixpo
esse deceptos:tunc tpis laudabūt
⁊ cōfitebuntˀ xp̄m.

¶ In die sc̄ti iohānis euāge
liste Euāgelium scd̄m iohan
nem.xxi.



In illo tpe.Dixit ihesus petro.Seq̄re me.Cōuersus petrus:vidit illum disci
pulū quē diligebat ih̄s:sequē
tem q̄ ⁊ recubuit in cena super
pectus eius ⁊ dixit.dn̄e q̄s est
qui tradet te.Hunc ergo cum
vidisset petrus:dixit iesu.Do
mine hic auteꝫ quid.Dixit ei
ihesus.Sic eum volo manere
donec veniam.Quid ad te:tu
me sequere.Exiuit ergo sermo
iste inter fres qꝛ discipl's ille
nō moritur.Et nō dixit ih̄s nō
moritur:sꝫ sic euꝫ volo mane

re donec veniam. quid ad te. Hic est discipulus ille qui testimoniũ phibet de his ⁊ scripsit hec. ⁊ scimus quia verum est testimoniũ eius.

Postilla.

¶ Dixit iesus petro. Sequere me ⁊c. Joh. xxi. Historia huius euãgelij facta ẽ anno xpi xxxiij. nonas Aprilis. feria. iij. luna. xvj. indictione. vj. Ante initiũ illius euãgelij scribit sctũs Joh. in eodẽ capi. q xpus post resurrectionẽ suã dixit petro. Amen amẽ dico tibi: cũ esses iunior cingebas te ⁊ ambulabas quo volebas: cũ aũt senueris extẽdes manus tuas ⁊ alius te cinget ⁊ ducet quo tu nõ vis. hoc aũt dixit significans qua morte clarificaturus esset deũ. ⁊ hoc cum dixisset: dixit ei. (Sequere me). Tho. s. ad passionẽ voluntarie. q. d. Non timeas mori p me. quia ego pri⁹ pro te mortuus sum. (Conuersus petrus vidit illum discipulũ quez diligebat iesus sequentẽ) Ly. qr ceperat ire post xpm sicut ⁊ petrus (qui ⁊ recubuit in cena super pectus eius ⁊ dixit). i. suadẽte petro siluester interrogauit. (Dñe quis est qui te tradet. Hunc cũ vidisset petrus: dixit. Dñe hic aũt quid). Diligebat aũt petrus iohãnẽ speciali dilectiõe. Et cum intellexisset ex verbis xpi qñ dixit ei. Sequere me. s. in eodẽ genere mortis q eẽt pro xpo crucifigẽdus: sollicitat ⁊ querit de fine iohãnis. hic aũt qd scz sustinebit. nunqd occidet: nũquid crucifiget sicut ⁊ ego. Lyra quasi. d. bonũ esset vt iste adiungeret mihi socius. (Dixit ei iesus Sic eum volo manere) Tho. s. ad senium venire. (donec veniaz) Ly. ad vocandũ eum ad gloriã celestẽ de statu huius mundi. Habet enĩ in legẽda scti iohãnis q xpus apparuit ei circa finem vite sue: vocans eum ad gliam. (Quid ad te) Ly. quia ad petrũ nõ pertinebat scire quid deus ordinabat de iohe in futurũ. sicut dictũ ẽ aplis Act. .j. Nõ est vestrũ nosse tpa vl momenta q pater posuit in sua potestate: sed tñ ptinebat ad ipm verbo xpi prompte ⁊ humiliter obedire. ideo subdit. (tu me sequere). quasi diceret scdm Augu. Nolo eum sequi me per crucẽ ⁊ passionem sicut tu me sequeris: sed manere in carne donec veniã recepturus eum in eternam beatitudinez. (Exijt ergo sermo iste inter fres). Ly. i. aplos qui erant vniti in charitate fraterna. (q discipulus ille nõ morit). Tho. putauerũt q dñs dixerit eum sic debere manere. i. sp viuere ⁊ non esse moriturũ donec veniret xps ad iudiciũ. Vñ q non esset sic intelligendũ ipe iohannes cõsequẽter declarat cum dicit. (Et nõ dixit iesus qui nõ morit) Ly. qr scdm veritatẽ mortuus est per separationẽ aĩe a corpe. qr quilibet hõ debitor est mortis ex pmorũm parentũ transgressione: scdm

ꝙ dicit͛ ad hebꝛe.ix. Statutum est oibus hoibus semel moꝛi. (sed sic eū volo manere(. Ly. hoc est non per martyriū me sequi: tñ quia in eo fuit pꝛomptitudo ad tolerãduȝ martyriū quando fuit piectus in feruentis olei doliū. ideo illud pꝛo martyrio ab ecclesia colitur quia scðȝ ꝙ dicit btūs Augu. Non est impar meritū patie in iohãne qui passus nõ est martyrio. ⁊ in petro qui passionē sustinuit. (donec ve niam). Ly. Assumēs aiam ei⁹ a coꝛ poꝛe: absq̃ȝ tamē angustia ⁊ dolo re. quia iohãnes doloꝛem moꝛtis non sensit ex speciali pꝛiuilegio in signū integritatis virginalis. (hic est discipulus ille). Ly. scilicet Jo hãnes. (qui testimoniū perhibet de his) scȝ que vidit ⁊ audiuit. (Et scripsit hec). Lyra. Modus enim antiquoꝛuȝ fuit ꝙ illi scribebant historiã qui vidissent. ⁊ ideo dicit͛ historia ab historin qð est videre Et ideo Johãnes que vidit ⁊ audi uit scȝ verba ⁊ facta xp̄i cōuenien tissime potuit scribere. (Et scim⁹ q꞉ verū est testimoniū eius) Tho. Cui vtiq̃ȝ credendū est.

¶ In die innocentū, euangeli um scðm Matheū.ij.

In illo tp̄e. Angelus dn̄i appa ruit ĩ somnis io seph: dicēs. Sur ge ⁊ accipe puerum ⁊ matrē eius ⁊ fuge ĩ egy ptum: ⁊ esto ibi vsq̃ȝ dū dicaȝ tibi. Futurū ē eni vt herodes querat puerū ad perdendū eū Qui cōsurgens accepit puerū ⁊ matrem eius nocte: ⁊ secessit in egyptuȝ: ⁊ erat ibi vsq̃ȝ ad obitum herodis: vt adimple retur qð dictum est a dn̄o per pꝛophetã dicentē. Ex egypto vocaui filiū meū. Tunc hero des vidēs quoniã illusus esset a magis iratus est valde. Et mittens occidit oēs pueros q̄ erãt in bethleem ⁊ in oibus fi nibus eius abimatu ⁊ infra: scðm tēpus qð exq̃sierat a ma gis. Tūc adimpletū est qð di ctū est per Jeremiã ꝓphetaȝ dicentē. Vox in rama audita est ploꝛatus ⁊ vlulatus mul tus. Rachel ploꝛãs filios su os: ⁊ noluit cōsolari: q꞉ nõ sūt.

¶ Postilla.

¶ Ecce angelus dn̄i apparuit ⁊c. Math.ij. Historia hui⁹ euãge lij facta est anno xp̄i pmo vsuali. pdie nonas febꝛuarij. sabbato. lu na.xiij. inditiōe.iiij. Añ initiū illi⁹ euãgelij scribit sctūs Mathe⁹ ĩ eo dē.c. ꝙ tres magi accepto rn̄so in somnis ne redirēt ad herodē: p ali am viã reuersi sunt in regionē suã Qui cū recessissent. (Ecce angel⁹ dn̄i apparuit ioseph in somnis: di

cens. Surge ⁊ accipe puerū ⁊ matrem ei⁹ ⁊ fuge in egyptū: ⁊ esto ibi vsqꝫ dum dicam tibi. Futurū enī est vt herodes querat puerum ad perdendū eum). Ly. Deus preuidens psecutionē herodis per angelū āmonuit ioseph vt puerū in egyptū portaret. Ad cuius intellectum notandū q herodes credidit primo magos fuisse delusos ex apparitione stelle fantastice. ⁊ idō tūc nō curauit de pueri inquisitiōe: sꝫ postea oblato puero in tēplo in die purificatiōis: ⁊ a symeone iusto pdicato ⁊ manifestato: ⁊ etiā ab anna pphetissa corā toto populo: vt patet Luce. ij. Tunc fama pueri nati crescente voluit herodes ipm perdere. Sed iterū ihs portatus est per ioseph in egyptum. vnde sequit. (Qui cōsurgēs accepit puerū ⁊ matrē eius nocte) Ly. Propter timorem herodis: vt negociū fieret magis occultū. (et secessit in egyptū: ⁊ erat ibi vsqꝫ ad obitum herodis) scꝫ per septē annos. (vt adimpleret qd dictum est a dño per prophetā) Osee. xj. (dicentem. Ex egypto vocaui filium meum. Tunc herodes videns se illusum a magis). Glo. q nō redierūt ad ipm. (Iratus ē valde). timēs regnū suū pdere. (Et mittēs occidit). idest occidere iussit. (oēs pueros qui erāt in bethleem inde ⁊ oībus finibus eius). Glo. vt xpus nō effugeret. (a bimatu ⁊ infra). Glo. i. biennio ⁊ min⁹: scilicꝫ oēs pueros masculini sexus q habebant duos annos vel minus. Notādū q occisio puerorū facta est post annū ⁊ quattuor dies a natiuitate xpi. q herodes fuit impeditus ab executione huius facti. q fuit citatus ad curiā romanā ad petitionē filiorū suorū ipm accusantiū. postq̄ fuit reuersus ⁊ in regno cōfirmat⁹ tūc ipleuit de nece puerorꝫ qd prius cōcepit. (Tūc adimpletū ē qd dictū ē p Jeremiā pphetā dicētē. Vox in rama). i. in excelsis. (audita est: plorat⁹) Glo. q̄tū ad fletū puerorū. (⁊ vlulat⁹) q̄tū ad fletū matrū. Paruuli enim vnū patiebant dolorē. s. pprium. sꝫ mres duplicē. s. pprium ⁊ alienū (Rachel plorās filios suos) Glo. p rachel itelligit bethleem. q rachel sepulta fuit iuxta bethleē. vt pꝫ Gen. xxxv. ⁊ ideo rōne sepulture dicta ē mater ipi⁹ bethleē ⁊ habitātiū in ea. ⁊ noluit cōsolari: q nō sūt) Ly. subintelligit viuētes.

¶ In festo cōuersionis pauli Euangeliū scdm Math. xix.



N illo tpe. Dixit symō petrus ad ihesū. Ecce nos relinqmus omnia: ⁊ secuti sum⁹ te. quid ergo erit nobis. Jesus aūt dixit illis. Amē dico vobis: q vos qui reliqstis oīa ⁊ secuti estis me: in regeneratione cum sederit filius ho-

miñis in ſe maieſtatis ſue:ſe-
debitis ⁊ vos ſuper ſedes du-
odecim:iudicantes duodecim
tribus iſrael. Et omnis qui re
liquerit domū vel fratres aut
ſorores:aut patrem aut matrē
aut vxorē aut filios:aut agroſ
ꝓpter nomen meuꝫ:centuplū
accipiet:⁊ vitam eternam poſ
ſidebit.

¶ Poſtilla.

¶ Ecce nos relinquimus oīa
⁊c. Math.xix. Hiſtoria huius euā-
gelij facta ē anno xpi.xxxij.v.Kl.
Octobris.dñica.luna.xiij. inditio
ne.v. Ante initiū illius euangelij
ſcribit ſctūs Math.in eodē capi.
ꝙ xps dixit diſcipulis ſuis. Amen
dico vobis:quia diues difficile in
trabit in regnū celoꝝ. Ecce iterū
dico vobis. facilius eſt camelum
per foramen acus tranſire ꝙ̄ diui-
tem intrare in regnū celorū. Audi
tis autē his diſcipuli mirabantur
valde:dicentes. Quis ergo pote-
rit ſaluus eſſe. Aſpiciēs aūt iheſus
ait illis. Apud hoīes hoc īpoſſibi
le eſt:aput deū autē oīa poſſibi-
lia ſunt. Tunc rñdens petrus dixit
ei.(Ecce nos relinq̊m⁹ oīa). Gor.
Quō autē reliquit oīa q̄ nō oīa:
imo valde pauca habuit. Rñdet.
oīa reliquit qui nihil ſibi retinuit
oīa reliquit qui voluntatē haben
di dimiſit q̄ eſt capax oīum volito
ruꝫ. Nemo enī oīa habere poteſt
velle aūt pōt.(⁊ ſecuti ſumus te.
q̊d ergo erit nobis). Ly.in ꝑmij
retributiōe pro tali volūtaria pau
pertate. Xpus rñdet.(Amen dico
vobis:ꝙ vos qui reliquiſtis oīa
⁊ ſecuti eſtis me:in regeneratiōe)
i deſt in iudicio tpe reſurrectionis
mortuorū.(Cum ſederit filius ho
minis). Ly.quia ſicut ī forma ho
minis iudicat⁹ eſt corā pylato: ita
in forma humana iudicabit. ſicut
dicit Act.j. Hic ieſus qui aſſum-
ptus eſt a vobis in celum ſic ve-
niet.ſcꝫ ad iudiciū.qꝛ ſicut in hu-
manitate aſcēdit:ita in humanita
te deſcēdet ad iudiciū.(In ſede ma
ieſtatis ſue) Ly. In primo enī ad-
uentu ſedit in ſede humilitatis.ſed
in ſecūdo aduentu ſedebit in ſede
maieſtatis per manifeſtā potētiā
(ſedebitis ⁊ vos ſup ſedes.xij.iu-
dicantes.xij.tribus iſrael). Aduer
tendum hic ſcd̄m Ly. ꝙ iudicare
accipit tripl'r. Uno mō principl'r
ſicut iudex qui ꝓfert ſniam.⁊ hoc
modo ſol⁹ xps iudicabit. Alio mō
pro ſedere in loco eminēti iuxta iu
diceꝫ ſicut aſſeſſores iudicis.⁊ hoc
modo apl'i ⁊ alij perfecti cum xpo
iudicabūt. Tertio modo accipit
large.ſ.ſniam iudicis approbare.
⁊ hoc modo oēs electi iudicabunt
qꝛ ſniaꝫ iudicis approbabūt.(Et
oīs qui reliquerit domū). Gor.ſ.
propriaꝫ.(vel fratres vel ſorores)
q̄ꝫtum ad propinquos nobis pa-
res.(aut patrē aut matrem) q̄ꝫtum
ad ſupiores.(aut vxoreꝫ) q̄ꝫtū ad
collaterales.(aut filios) q̄ꝫtum ad

inferiores(aut agros).i.substanti am(propter nomē meū inuocādū predicandū defendendū. Un̄ Act. xx. dicit apl's paulus. Ego nō solū alligari: sed mori parat⁹ sū in ihe rusalē ꝓpter nomē dn̄i nostri ihu xpi. rc.(cētuplū accipiet) Lyra. q̄ bona temporalia pro xpo dimise rit bona gratie recipiet hic: q̄ ita excedūt bona tēporalia sicut cēte narius numer⁹ excedit vnitatē(r vi tā eternā possidebit.s.in futuro.

¶ In festo purificatōis beate Marie virginis Euāgelium Scdm Lucam.ij.capitulo.



In illo tpe. Post q̄ȝ impleti sūt di es purgationis marie: scdm legē moysi.tulerūt ie sum in ihr'lm vt sisterēt eū dn̄o sicut scriptū est in lege domini Quia om̄e masculinū adape riēs vuluā: sanctū dn̄o voca bitur. Et vt darent hostiā se cundū ꝙ dictū est in lege dn̄i. par turturuȝ aut duos pullos colūbaruȝ. Et ecce homo erat in iherusalem cui nomen syme on.r homo iste iustus r timo ratus.expectans consolationē israel. r spiritus sāctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto non visurum se mortē: nisi prius videret xp̄m dn̄i. Et venit in spiritu in tem plum. Et cum inducerent pue rū ihesum parentes eius: vt fa cerēt scdm consuetudinē legis pro eo. Et ipse accepit eum in vlnas suas: r benedixit eum r dixit. Nūc dimittis seruū tuū dn̄e secundū verbū tuū in pa ce. Quia viderunt oculi mei sa lutare tuū. Quod parasti an faciem omniū populorū. Lu men ad reuelationē gentiū: r gloriā plebis tue israel.

¶ Postilla.

¶ Postq̄ȝ impleti sunt dies purgationis.rc.Luce.ij. Historia huius euāgelij facta est anno xpi primo.iiij. Nonas februarij.feria v.luna.xi.inditione.iiij. Ante ini tiū illius euangelij scribit sanctus Lucas illud euāgeliū qd̄ factū est in die circūcisionis. Postq̄ȝ consū mati sunt dies octo vt circūcidere tur puer: vocatū est nomen eius ihesus.quod vocatū est ab ange lo: priusq̄ȝ in vtero conciperetur. Et statim sequit euāgeliū hodier nū.(postq̄ȝ impleti sunt dies pur gationis marie scdm legeȝ moysi) Notandū scdm Gor.ꝙ lex purifi cationis. Leuitici.xij.ca.ꝙ mulier que suscepto semine peperissȝ ma sculū immūda esset septem die bus separata a cōsortio hominū.

⁊ die octaua circūcideretur infan-tulus. ⁊ post dictos dies septē maneret mulier triginta tribus dieb⁹ sequētibus in purificatiōe sanguinis sui: abstinēs nō a cōsortio hominū: sed ab ingressu tēpli. Et sic die quadragesimo offerebatur infans in tēplo ⁊ munera pro eo. Si aūt feminā peperisset: immūda esset. xiiij. diebus: ⁊ in octuagesimo die purificabit̄ sine oblatione. ⁊c. (tulerūt ihesū). quadragesima die a natiuitate (in ierusalē) scʒ intē-plū parentes eius scʒ Maria mater eius: ⁊ ioseph pater eius putatiuus (vt sisterent eum) idest offerrent vel consecrarēt. vt dicit glosa interlīi (dn̄o sicut scriptū est in lege dn̄i. Quia om̄e masculinū adaperiēs vuluā sanctū dn̄o vocabitur) idest primo nascēs cuiusmodi erant primogeniti (⁊ vt darent hostiam sicut scriptū est in lege dn̄i) scʒ Leuitici. xij. ca. (par turturum aut duos pullos colūbaꝝ). Gor. Ista erat oblatio paupeꝝ qui nō poterāt habere agnū qui erat oblatio diuitū. Uerūtamen ipsa beata virgo preciosiorē agnū scilʒ illū qui tollit peccata mundi obtulit. ¶ Sciendū circa hoc scd̄m Ly. q̄ beata virgo nō tenebatur ad ista que dicta sunt de purgatōe: quia Leuitici. xij. scribit̄. Mulier si suscepto semine peperit masculū immunda erit septem diebus. ⁊c. Et ideo lex illa ligat tantū mulieres de virili semine cōcipiētes: quod nō habuit locū in beata virgine Maria. Uerū sicut eius filius circumcidi voluit ⁊ alia legalia seruare ex sua humilitate q̄uis nō teneretur. sic beata virgo q̄ fuit humilima: voluit obseruare. (Et ecce homo erat in ierusalē) que est ciuitas sancta (cui nomen symeon) Ly. ex quo patet ei⁹ fama: quia inter sacerdotes erat famosus ⁊ nominatus (iustus) quo ad deū (expectās redemptionē israel) Gor. i. in desiderio boni promissi. (⁊ spirit⁹ sanctus erat in eo) Lyra. q̄tuʒ ad gratie plenitudinē: quia habuit spirituales illuminationes ⁊ consolationes diuinas (Et responsuʒ acceperat a spiritu sancto) Lyra. in orationibus suis deuotis ad deū (nō visurū se morteʒ) Gor. idest nō se experituꝝ mortem carnis (nisi prius videret xp̄m dn̄i) idest verū messiam in lege promissum (⁊ venit in spiritu in templū) Ly. i. per reuelatiōnē sp̄us sancti vt videret xp̄m sicut fuit ei promissuʒ (Et cū inducerēt pueꝝ ihm̄ parētes ei⁹) Ly. ad faciendū ea q̄ predicta sunt s̄m legē (⁊ ipse accepit eū in vlnas suas) Ly. cū maximo cordis gaudio (⁊ bn̄dixit deū) gr̄as agēdo de tanto beneficio (⁊ dixit. Nūc dimittis seruū tuū dn̄e s̄m verbū tuū in pace) Ly. i. de cetero dimittis me de hac vita trāsire in cordis quietē (Quia viderūt oculi mei salutare tuum) Gor. i. xp̄m saluatorē. Lyra. Letāter eniʒ descēdere voluit ad limbū patrū: ex quo sciebat saluatorem esse natū. (Quod parasti ante faci

em omniū populoꝝ) Lyra.i. corā oībus populis quibꝰ misteriū incarnationis ⁊ redēptionis ꝑdicatū est per apostolos: scōm qd dicitur in ps. xviij. In omnē terrā exiuit sonus eoꝝ. ⁊c. (Lumē ad reuelationē gentiū) Lyra. qui prius errore tenebātur (⁊ gloriā plebis tue israel) Magna est eñ gloria iudeis ad xpī fidem conuersis: quia xps scōm carnē natus est de ipsis.

℄ In festo cathedre sancti petri apostoli. Euāgeliū.

In illo tpe. Uenit ihs in partes cesaree philippi: ⁊ interrogauit discipłos suos. ⁊c. Hoc euāgeliū cū postilla sua quere infra in festo apostolorum petri ⁊ pauli.

℄ In festo sancti Mathie aposto. euāge. scōm Math. xi.



In illo tpe. Respondēs ihus dixit Cōfitebor tibi pater dñe celi ⁊ terre: qꝛ abscōdisti hec a sapiētibꝰ ⁊ prudētibus: ⁊ reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniā sic fuit placitū ante te. Omia michi tradita sunt a patre meo: ⁊ nemo nouit filiū nisi pater: neqꝫ patrē quis nouit nisi filius: ⁊ cui voluerit filiꝰ reuelare. Uenite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego reficiā vos Tollite iugū meū super vos: ⁊ discite a me: qa mitis sum ⁊ humilis corde. ⁊ inueñetis requiē aīabus vestris. Iugū.n. meū suaue est: ⁊ onꝰ meū leue.

℄ Postilla.

℄ Confitebor tibi pater dñe celi. ⁊c. Math. xi. Historia huius euangelij facta est anno xpī. xxxi. Idus decēbris. luna. x. indictōe. iiij. Ante initiū illius euāgelij scribit sanctus Matheꝰ in eodē ca. qꝙ xps dixit phariseis ⁊ iudeis. Uenit eñ iohānes neqꝫ manducās neqꝫ bibens: ⁊ dicūt demoniū habet. Uenit filius hominis māducās ⁊ bibens: ⁊ dicūt. ecce homo vorax ⁊ potator vini: publicanoꝝ ⁊ peccatoꝝ amicus. Tūc post hec verba sequit euāgeliū hodiernū. (Confitebor tibi pater) Ly. i. ad gloriam tuā declaro (quia abscōdisti hec) Ly. i. misteria dei. (a sapiētibus ⁊ prudētibus). s. scribis ⁊ phariseis in sua sapiētia confidētibꝰ. Et isti sunt sapiētes in oculis suis: ꝫ nō simpliciter. (⁊ reuelasti ea paruul) Ly. idest humilibus. Et ex hoc patet qꝙ causa ex parte credentiū fuit eoꝝ humilitas q̄ ad verā sapiētiaꝫ disponit. vt dr̄ puer. xi. Ubi humilitas ibi sapientia. Ex parte autē nō credentiū fuit eoꝝ supbia q̄ est



excecatiua intellectus. (Ita pater quoniã sic placitũ fuit ãte te) Sorꝙ abscondisti ab illis ꝛ reuelasti istis (Omnia michi tradita sunt.) Sor. .i. dñm super oĩa. (ꝛ nemo nouit filiũ nisi pater) Sor. essenti aliter plene ꝛ perfecte. Hoc dico ꝑ pter homines qui cognoscũt per fidem. (neqꝫ patrẽ quis nouit nisi fili⁹) Lyra. quia xp̃s est mediator dei ꝛ hominũ: ideo noticia diuino rũ ad nos diriuatur per ipsum. Et ideo subdiť (Et cui voluerit filius reuelare) Lyra. ꝛ quia dei fili⁹ est mediator dei ꝛ hominũ: ideo secure possum⁹ accedere ad ipsuꝫ. Unde dicit) Uenite ad me oẽs q̃ laboratis ꝛ onerati estis: ꝛ ego reficiã vos) Lyra. in presenti per gratiã: ꝛ in futuro per gloriã. (Tollite iugũ meũ super vos) Lyra. idest legẽ euãgelicã (ꝛ discite a me quia mitis sum) Lyra. nullũ ledendo (ꝛ humilis corde) neminẽ contẽnẽdo (ꝛ inuenietis requiẽ aĩabus vr̃is) scꝫ in presenti ꝛ in futuro. vñ Augustin⁹ in libro confe. Inquietum est cor meũ donec requiescat in te Que quidem quies hic inchoať: sed in patria perficietur. vt patet Apoca. xiiij. Amodo iam dicit spiritus vt requiescãt a laborib⁹ suis (Iugũ meũ suaue est ꝛ onus meũ leue) quia scdm̃ ꝙ diciť .i. Iohis .v. Mandata eius grauia nõ sunt. Quod exponẽs Augustin⁹ dicit. scꝫ amanti. Unde Rab. Quid xp̃i iugo suauius: quid onere leuius. scꝫ abstinere a malo. bonũ velle: omnes amare. eterna sequi. presentibus non capi: nolle alijs facere quod non vis pati.

In festo annũciatiõis beate Marie virginis. Euãgelium Scdm̃ Lucam. pmo capit̃o.

In illo tempore. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomẽ nazareth: ad virginẽ despõsatã viro: cui nomẽ erat ioseph de domo dauid: ꝛ nomẽ virginis maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus. Que cũ audisset: turbata est in sermone eius: ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiã apud deũ. Ecce concipies in vtero ꝛ paries filiũ: et vocabis nomẽ eius ihm̃. Hic magnus erit: ꝛ filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem dauid patris eius: ꝛ regnabit in domo iacob ineternũ. ꝛ regni eius non erit finis. Dixit autẽ maria ad angelũ. Quomõ fiet istud: quo-

¶ Vidit iesus hoiē sedētē ⁊c. Mathei. ix. Luce. v. Marci. ij. Historia huius euāgelij facta ē anno xpi. xxxj. v. ydus Junij. feria. ij. luna. x. indictiōe iiij. Ante initiū illius euāgelij scribit sanctus Matheus in eodem capi. q̃ xpus sanauit paraliticū qui fuit portatus in lecto ante initiū in conspectu totius ppli cui xpus ait. Surge tolle lectū tuū ⁊ vade in domū tuā. Videtes aūt turbe timuerūt: ⁊ glorificauerunt deum dicentes. quia vidimus mirabilia hodie. Et cū trāsisset inde idest de galilea. (vidit hoiē) Glo. tā intuitu corpis q̃ mentis. (sedētem in theloneo). Ly. est locus in quo solebāt campsores sedere. qđ quidem negociū vir aut nunq̃ exerceri potest sine peccato. vt dicit Grego. vel scđm Glo. est locus in quo soluebātur publica vectigalia. (Mathēum nomie) Glo. ceteri euangeliste ppter verecundiā nō appellant eum nomine vulgato: sed leui. Binomius eni fuit. ipe Matheus vero se nominat ppter humilitatē. (⁊ ait illi Sequere me) Lyra. Matheū talibus occupatū vocauit vt de gratia dei nullus desperet quātūcunq̃ fuerit in vilibus occupatus. (Et surgens secutus est eum) sine aliqua dilatione q2 sicut poterat mouere aurē exterius verbo: ita etiā interius mētē inspirādo. Sicut eni passioni propinquus illos qui ad ipm capiendum venerāt solo verbo prostrauit. d. Ego sū. vt hēt. Joh. xviij. ita solo verbo poterat quoscūq̃ ad se trahere. ⁊ in hoc apparebat virtus diuinitatis in eo. (Et factū est discūbēte eo i domo) put Luc. v. dr. Et fecit ei cōuiuiū magnū leui in domo sua. (⁊ ecce multi publicani ⁊ petōres venientes discūbebant cū iesu). Ly. fuerūt eni socij mathei. ⁊ recedens ab eis ⁊ volēs seq̃ xpm fecit eis cōuiuiū.) Et videtes pharisei) Ly. pharisei in populo iudeoꝝ reputabāt religiosi.

vnde etiã in habitu ab aliis erant distincti. Uidētes igr̃ xp̃m cũ publicanis ꝛ pctōrib⁹ mãducantẽ indigne ferebãt ꝛ murmurabãt. (Dicebant discipulis suis) Gl. cõsuetudo detractoꝛ est loqui de alio nõ in facie ei⁹. Unde quãdo discipuli ei⁹ videbant̃ eis peccare alloquebãtur magistrũ. vt p3 Math. xij. Abiit iesus sabbato per sata. discipuli aũt eius esuriētes ceperunt vellere spicas ꝛ manducare. pharisei aũt vidētes dixerũt ei. Ecce discipuli tui faciunt qḋ non licet eis facere sabbatis. Quãdo vero magister videbat̃ eis peccare alloq̃bantur discipulos. vt hic. (Quare cum publicanis ꝛ pctōrib⁹ mãducat magister vester. At ih̃s audiens). s. verba phariseoꝝ. (ait) pro se ꝛ discipulis. (Non est opus). i. necessariũ. (valentibus). i. sanis. (medicus: sed male habētib⁹) Ly. videmus eni꞉ q̄ medic⁹ familiari⁹ habet se ad īfirmũ qui eo indiget q̄ ad sanu3. Cum igr̃ xp̃s sit ver⁹ medicus aiarũ: vt dicit̃ in ps. cvj Misit verbũ suũ ꝛ sanauit eos. iõ familiariter se debuit hēre ad peccatores qui fuerunt īfirmi spũali infirmitate. Scdo rñdet eis per auctoritatẽ q̄ habet̃ Osee. vj. (Euntes discite quid est. Misericordia3 volo ꝛ nõ sacrificiu3) Ly. q. d. Si hãc scripturã cõsideretis inueniretis me facere scdm ipam. Gl. misericordiã volo per pctōrũ dimissionẽ: ꝛ nõ sacrificiu3 per holocaustoru3 oblationẽ. prouer. xij. facere miam ꝛ iudicium magis placet deo q̄ victime. Nõ eni꞉ veni vocare iustos) Gl. s. ad pniã. (s3 peccatores) supple veni vocare ad penitentiã vt corrigant̃.

¶ In festo sc̃ti Michaelis archãgeli euãg. scdꝫ mat. xviij



In illo tpe. Accesserũt discipuli ad iesum: dicētes. Quisputas maioꝛ est in regno celoꝛum. Et aduocãs ih̃us paruulũ stans in medio eoꝛũ: ꝛ dixit. Amen dico vobis. Nisi cõuersi fueritis: ꝛ efficiamini sicut paruuli nõ intrabitis in regnũ celoꝛũ. Quicũq3 ergo hũiliauerit se sicut puulus iste hic maioꝛ ē in regno celoꝛũ. ꝛ q̄ susceperit vnũ puulũ talē ī noīe meo: me suscepit. Qui aũt scãdalizauerit vnũ de pusillis istis q̄ in me credũt: expedit ei vt suspēdatur mola asinaria ī collo ei⁹: ꝛ demergatur in pfũdũ maris. Ue mũdo ab scãdalis. necesse ē eni꞉ vt veniãt scãdala. Uerũtamen ve hoī p quē scãdalũ venit. Si aũt manus tua vel pes tuus scãdaliza3 te abscinde eũ: ꝛ pice abs te. Bonũ est tibi ad vitã igre

di debilē vel claudū q̄z duas manus vel duos pedes habē tem mitti in ignem eternū. Et si oculus tuus scandalizat te erue eum: ⁊ proijce abs te. Bonum est tibi vnū oculū habentē in vitā intrare q̄z duos oculos habentē mitti in gehēnaz ignis. Uidete ne contemnatis vnū ex his pusillis. Dico eni vobis. quia angeli eorū semp vident faciem patris mei qui in celis est.

¶ Postilla.

¶ Accesserunt discipuli ad iesum dicētes ⁊c. Math. xviij. Marci. ix. Luce. ix. Historia hui⁹ euangelij facta ē anno xpi. xxxij. vj. kl. Septembris. feria. v. luna. xij. indictione. v. Ante initiū illius euangelij scribit sanct⁹ Mathe⁹ in precedenti caplo q̄ accesserūt qui didragmā accipiebāt ad petruz ⁊ dixerunt. Magister vester nō soluit didragmā: ait. Etiam. Et cū intrasset domū preuenit euz iesus: dicēs Quid tibi videtur symon. Reges terre a q̄bus accipiunt tributum vel cēsuz. a filijs suis vl' ab alienis Et ille dixit. ab alienis. Dixit illi iesus. ergo liberi sunt filij. Ut autez nō scandalizem⁹ eos: vade ad mare ⁊ mitte hamū: ⁊ eū piscē q̄ primus ascēderit tolle: ⁊ apto ore ei⁹ inuenies staterā. illū sumēs da eis pro me ⁊ te. Et tūc seq̄t' euāgeliuz hodiernū. (Accesserūt discipli ad ihm: dicētes. Quis putas maior ē in regno celorū. Et aduocās iesus paruulū) Ly. sanctū marcialē: qui postea a btō petro missus in galliā ibidē fidē catholicā p̄dicauit. statuit eū in medio eoꝝ) Ly. vt ab hoibus videret' ⁊ attente cōsideraretur. (⁊ dixit. Amen dico vobis. nisi cōuersi fueritis) Ly. a bellatione vr̄a. q2 Luce. ix. habet' q̄ intrauit in eos cogitatio quis eoꝝ esset maior. Ergo xp̄us dixit eis. (Nisi cōuersi fueritis ⁊ efficiamini sicut puuli). i. humiles ⁊ puuli in vr̄a reputatione) nō intrabitis in regnum celorū). Ly. de quo demonia abiecta sunt per sup̱biaz. Et ideo oportet hoies illuc venire per viā contrariā. s. per humilitatē. Ergo subdit xp̄s. (Quicunq3 ergo humiliauerit se sicut puulus iste: hic maior ē in regno celorū. (Ly. q. d. ille q̄ erit hic humilior erit maior in regno celorū. vt p3 Luce. xiiij. Qui se hūiliat exaltabit'. (Et qui susceperit puulū vnū talē in noīe meo) Gor. i. p̄pter meū amorem. (me susceperit). Ly. nā q̄ recipit p̄ximū p̄pter xp̄m: dr̄ xp̄m recipe. Exēplū hui⁹ habem⁹ in legēda sci Martini. vbi dr̄ q̄ xp̄s se vestituz ondit illa p̱te clamidis quā beat⁹ Martin⁹ dederat paupi p̄pter xp̄3 Qui aūt scādalizauerit vnū de pusillis istis). Lyra. scandalizare aliquem est facere eum ruere in peccatū mortale ex dicto vl' facto suo malo. ⁊ hoc ē p̄prie īferri ei nocumentū ex p̱te aīe: qd̄ ē cōtra charitatē p̄ximi. ⁊ iō talis faciēs aliū sic

ruere si facit hoc ex intentiõe siue aduertẽtia semp peccat mortaliter etiã si dictũ vel factũ ex quo alius ruit nõ esset de genere pcti morta-lis. sic dicẽs mẽdaciũ iocosũ mulieri intẽtiõe ptrahẽdi eã ad adulterium est pctm̃ mortale ex intẽtiõe finis. ergo dicit. (qui scãdalizauerit vnũ) Gor. multo magis q̃ plures (de pusillis istis). i. infimis. Unde Hiero. q̃ scãdalizat recte pusillus dr̃. q2 q̃ magn' est. i. robust' in fide 7 charitate moueri non põt. vt pz puer. xij. Nõ cõtristabit iustũ q̃cq̃ ei acciderit. (Qui in me credunt) Gor. magis ẽ vitandũ scãdalum fideliũ q̃ȝ infideliũ. (expedit ei vt suspẽdat mola asinaria i collo ei'). Ly. euãgelista ibi loquit ad modũ terre palestinoꝝ in qua cõdẽnati ad mortẽ ligato saxo ad collum pcipitabant in mare. Sẽsus est ergo. (expedit ei). Ly. i. melius esset homini mori corpaliter q̃ȝ ex malo suo exẽplo facere aliũ ruere in pctm̃ mortale. q2 ex hoc meret mortẽ eternam q̃ grauior ẽ morte corpali. (Ue mũdo ab scãdalis). i. mũdanis hoib' q̃ nõ curãt scãdalizare ꝑximos. vt patȝ. j. Corinth. viij. Si esca mea scãdalizat ꝑximũ meũ nõ mãducabo carnes in eternũ.) Necesse ẽ eni vt veniãt scãdala) Ly. nõ est necessitas absoluta: ſ3 ex suppositiõe. Si eni hoies volũt viuere mũdane. i. in oib' volũtatẽ suaȝ adiplere: necessario seq̃t ad hoc scãdalũ alioꝝ. q2 nõ formidãt ꝑximos scãdalizare. (Uerũtamẽ ve homini illi per quẽ scãdalum venit). s. actiue ꝑmũ scãdalizãdo. (Si aũt manus tua vl' pes tuus scandalizat te. Ly. i. tibi esset occasio ruine in peccatũ per tactũ inhonestũ: vel per gressum dissolutum. (abscinde euȝ: 7 ꝓijce eũ abs te. Bonũ est tibi ad vitam ingredi debilẽ vel claudum q̃ȝ duas manus vel duos pedes habentez mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te erue eum: 7 ꝓijce abs te. Bonum est tibi vnum oculum habentez in vitam intrare q̃ȝ duos oculos habentem mitti in gehenã ignis). Lyra. Nõ q2 aliqd membrũ sit amputandũ ad vitandũ peccatuȝ. membra eni corpis sunt a deo data: 7 ideo non ẽ in potestate alic' ꝑsone abscindere sibi membrũ: sicut nec seipm̃ occidere. tũ q2 per hoc nõ excluditur cõcupiscẽtia interior in quauis get pctm̃. tũ q2 per aliã viam põt meli' obuiare pctõ per rõnẽ. s. vt liberũ arbitriũ cohibẽdo mẽbrũ a pcti exercicio. 7 sic dr̃ man' absci di inq̃tũ ꝓhibet ab illicito tactu 7 pes ꝓhibet ab illicito igressu: ocul' ab illicito visu. 7 ista abscisio ẽ meritoria 7 laudabilis: nõ aũt illa q̃ eẽt ꝑ mẽbroꝝ ꝓuatiõnẽ. (videte ne cõdenetis vnũ ex his pusillis Ly. q2 q̃tũcũq3 hõ sit pu' in hoc mũdo: tñ habet angelũ sibi assignatũ a deo ad sui custodiaȝ. 7 iõ si hoies minimi sic a deo honorant mlto forti' a nob' sũt honorãdi. iõ subdit xp̃s (dico eni vob: q2 ange

li eorũ)sc3 assignati ipsis.(semp vident faciẽ patris mei.Ly.q2 quãtũcunq3 mittanť ad tpaliũ rerum administrationẽ: tamen semp deo adherent per apertã visionẽ.(qui in celis est.)Ly. licet eni de9 sit vtiq3 per essentia: pñtiã: z potentiã: tñ specialiter dicit esse vbi adest cũ beatis per apertã visionẽ.

In festo scti Luce euãgeliste

In illo tpe. Dixit iesus discipľis suis. Hec mando vobis vt diligatis inuicez. Si mundus vos odit: scitote quia me zc. Hoc euangeliũ cum sua postilla quere in cõmuni sanctorũ de aplis.

In festo sanctorũ Symonis z Iude apľorũ.

In illo tpe. Uidẽs iesus turbas ascendit in montem. z cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius zc. Hoc euãgeliũ cũ sua postilla qre in cõmuni sanctoz de martyrib9.

In festo oĩum sanctorũ.

In illo tpe. Uidẽs iesus turbas ascẽdit i mõtẽ zc. Hoc euangeliũ cũ sua postilla qre infra de plurib9 martyrib9.

In festo sancti Martini.

In illo tpe. Dixit iesus discipľis suis. Sint lũbi vestri precincti z lu. zc. Hoc euãgeliũ cũ sua postilla qre infra in cõi sctõz de virginib9.

In festo sancte katherine.

In illo tpe. Dixit ihesus discipľis suis parabolaz hanc. Simile est regnum celorum thesauro absconđito in agro quem qui zcetera. Cetera de sãctis euãgelia cũ ipoz postilla vide in cõmuni sanctoz.

Incipit postilla de cõi sctõrũ. Et primo de aplis.



In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Hoc est preceptũ meum vt diligatis inuicem: sicut dileri vos. Maiorẽ hac dilectione nemo habet: vt aĩam suã ponat quis pro amicis suis. Uos amici mei estis si feceritis que ego pcipio vobis. Iam nõ dicã vos seruos quia seruus nesciat qd faciat dñs eius. vos aũt diri amicos q2 oĩa quecunq3 audiui a pře meo nota feci vobis. Nõ vos me elegistis: sed ego elegi vos. z posui vos vt eatis z fructuz afferatis: z fructus vester maneat. Et qõcũq3 petieritis pa

trem in nomīe meo det vobis.
¶ Postilla.

¶ Hoc est preceptum meum vt diligatis ⁊c. Joh. xv. hoc euangeliū dixit dn̄s iesus āno ei⁹ xxxiij. ix. kl. Aprilis. feria. v. cene dn̄i. luna. xiiij. indictione. vj. Ante initiū illi⁹ euāgelij scribit scūs Johānes in eodem capi. q̄ xp̄us dixit discipulis suis. Ego sum vitis vera ⁊ vos palmites. qui manet in me ⁊ ego in eo hic fert fructū multum. quia sine me nihil potestis facere Tunc sequit̄ euangeliū hodiernū (Hoc est preceptū meū vt diligatis inuicem). Gor. Nō verba vel lingua tantū: sed opere ⁊ veritate (sicut ego dilexi vos) q̄ ipse opere dilexit eos: mōstrat cū dicit. (Maiorē charitatē nemo habet vt aiaꝫ suaꝫ ponat quis pro amicis suis) Gor. q. d. nihil plus potest facere q̄ vitam dare que oībus est charior. vt patet Eph. v. Xp̄us dilexit nos ⁊ tradidit semetipꝫ pro nobis. Item Jere. xij. Reliqui domū meā. dimisi hereditatē meā in manus inimicoꝝ eius. (Uos amici mei estis si feceritis que ego precipio vobis). Gor. ex amore vt amici: nō ex timore vt serui. (Jam non dicā vos seruos). Ly. timore serui li subiectos esse. (q2 seruus nescit q̄d faciat dn̄s eius). Ly. hoc vidēmus in hūanis. Secreta eni reuelātur filijs cuiusmodi erāt apl̄i qui xp̄o erāt subiecti amore filiali. Jō subdit. (Uos aūt dixi amicos. q2 oīa q̄cunqꝫ audiui a p̄re nota feci vobis). hoc nō ē intelligēdū de oīb⁹ simplr ⁊ absolute. q2 apl̄i nō habuerūt tantā plenitudinē sciē sicut xp̄s. sed est itelligēdū de oībus ptinētib⁹ ad eorū statū. sed q̄ ptinēt ad eorū salutē ⁊ fidei ⁊ morū p̄dicationē ⁊ eccl'ie gubernationē (nō vos me elegistis: sed ego elegi vos). s. ad apl'atū. (⁊ posui vos vt eatis). Tho. circūeundo p mūdū. (⁊ fructū afferatis) p gētiū cōuersionē. (⁊ fruct⁹ vester maneat) Ly. q2 fides eccl'ie manebit vsqꝫ in finē mundi q̄tūcūqꝫ tribulatiōib⁹ ipellat̄. (Et q̄dcūqꝫ petieritis patrē in noīe meo) Gor. q̄d sit ad veraꝫ salutē. (det vobis) Tho. nomē eni ipius ē iesus. i. saluator. Uñ in noīe ei⁹ petit q̄ petit aliq̄d vt dirigens ⁊ pmouēs ad salutē vel ipaꝫ salutē in se. vt pꝫ Math. vj. Primū querite regnū dei ⁊c.

¶ Aliud euāgeliū de apl'is.



In illo tpe. Dixit ih̄s discipl'is suis Hec mādo vobis vt diligatis iuicē. Si mūdus vos odit: scitote q2 me priorē vobis odio habuit. Si de mūdo fuissetis: mūdus q̄d suū erat diligeret. q2 vero de mundo non estis: sed ego elegi vos de mundo: ppterea odit vos mūdus. Mementote sermōis

mei quē ego dixi vobis. nō est seruus maior dn̄o. Si me pse cuti sunt: ⁊ vos persequētur: si sermonē meū seruauerint: ⁊ vestrū seruabūt. Sed hec oīa facient vobis ꝑpter nomē meū: qꝛ nesciūt eū qui me misit. Si nō venissem ⁊ locutus fuissem peccatū nō haberēt. Nūc aūt excusationē nō habēt de pctō suo. Qui me odit ⁊ p̄rem meū odit. Si opera nō fecissem in eis que nemo alius fecit pctm̄ nō haberēt. Nunc aūt ⁊ viderūt ⁊ oderūt ⁊ me ⁊ p̄rē meū sed vt ipleatur sermo qui in lege eorū scriptus ē: qꝛ odio habuerunt me gratis.

¶ Postilla.

¶ Hec mādo vobis vt diligatis iuicē ⁊c. Joh̄. xv. Hec verba sacri euāgelij locutꝰ ē dn̄s iesus āno eiꝰ. xxxiij. ix. kl̄. Aprilis. feria. v. s. cene dn̄i. luna. xiiij. inditiōe. vj. An initiū illiꝰ euāgelij scribit sctūs Johānes in eo. ca. ꝙ xp̄us dixit discipulis suis. Ego elegi vos ⁊ posui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis: ⁊ fructꝰ vr̄ maneat. Tūc seq̄t̄ euāgeliū hodi. (Hec mando vobis vt diligatis inuicē. Tho. i. mutua dilectiōe. est enī illud qd̓ ego pre ceteris cōmēdo ⁊ p̄cipio. (Si mūdꝰ vos odit) Ly. hic accipit̄ si ꝑ qꝛ. q̄si. d. qꝛ futurū est vt mūdꝰ vos odiat. (scitote) Ly. ad cōsolationē vr̄am. (qꝛ me p̄orē vobis odio habuit. Si de mūdo fuissetis) Tho. i. de numero hoīuꝫ mūdanoꝝ ⁊ amatorū mūdi. (mūdus qd̓ suū erat diligeret) Tho. i. amatores mūdi vos tanq̄ꝫ sibi cōformes diligerēt similitudo enī ⁊ cōuenientia est causa amoris. Eccle. xiij. Omne animal diligit sibi sīle. (Quia vero de mūdo nō estis) idest rebꝰ mundi per amorem adherētes. (sed ego elegi vos de mundo: ꝑpterea odit vos mundus). Tho. i. mali hoīes vos odiunt ⁊ psequēturvelut cōtēptores eorū q̄ ipi amāt. Ly. dissimilitudo enī est causa odij. Apl̄i autēꝫ dissimiles erāt hoībus mūdanis. ⁊ ideo non debebāt admirari si eos odio habuerīt. (Memētote sermonis mei quē ego dixi voƀ. nō ē seruus maior dn̄o. Si me psecuti sūt ⁊ vos psequēt̄) Tho. si caput psecuti sūt psequēt̄ ⁊ mēbra. xp̄s aūt ē caput aploꝝ. ⁊ iō exēplo xp̄i debebāt patiēter tolerare tribulationes psequētiū. (Si sermonē meuꝫ seruauerint: ⁊ vr̄ꝫ seruabūt) Tho. q. d. sicut cōtēpserūt ⁊ nō ipleuerīt meos sermōes: sic etiā nō iplebūt vr̄os (sꝫ h̄ oīa faciēt voƀ ꝑpter nomē meū) Tho. i. ꝑpter amorē noīs mei. (qꝛ nesciūt eū q̄ me misit) Ly. sꝫ deū p̄rem. lꝫ cognoscerēt deū in q̄ntū est p̄r oīuꝫ ꝑ creationē: nō tñ cognouerūt eū in q̄ntū misit filiuꝫ suū ad salutem credētium. Ista tamen ignorantia nō excusabat eos in persecutione xp̄i ⁊ apostolorū qꝛ procedebat ex odio ⁊ inuidia. (Si nō venissem) carnē assumēdo

(⁊ locutus eis nō fuissem) docēdo
& vbis ⁊ exēplis.(peccatū nō haberent).s. peccatū infidelitatis.(nūc
aūt excusationē nō habēt de pctō
suo). Tho. q: veni ⁊ locutus sum
eis veritatē.(Qui me odit: ⁊ prēz
meū odit). Tho. quorū vna ē maiestas: vnus honor: vnus amor. ⁊
vnū odiū. (Si opa nō fecissem in
eis que nemo alius fecit). Tho. vt
ambulare sup aquas pascere qn̄q3 milia hoim̄ de quinq3 panibus: ⁊ duob⁹ piscib⁹. Joh. v. Siīr
p3 in illuminatiōe ceci nati. Joh.
ix. ⁊ in suscitatiōe lazari q̄triduani
Joh. xj.(pctm̄ nō haberēt). Tho.
tā grāue.(Nūc aūt viderūt) Tho.
opa ⁊ mirabilia q̄ opatus sum in
eis.(⁊ oderunt me ⁊ prēm meuz).
Ly. q: ex odio ad xp̄m: ipi opera
xp̄i attribuerūt beelzebub principi demoniorū. vt habet Mathei
xij.(Sed vt impleāt sermo qui in
lege eoruz scrip t⁹ est) vt p3 in ps.
xxxiiij.(Quia odio habuerunt me
gratis).i. sine causa. imo ecōtrario
habebāt causā amādi eum ex bn̄ficijs eis impēsis in docēdo eos ⁊ sanando eorum infirmos.

¶ Aliud euangeliū de aplīs
scōm Johem. xv.



In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Ego sū
vitis vera ⁊ pater meus agricola est: omnē palmitē in me nō
ferentē fructū tollet euz. ⁊ oēm
qui fert fructū purgabit eū vt
fructuz plus afferat. Jā vos
mundi estis ꝑpter sermonem
quē locutus sum vobis. Manete in me ⁊ ego in vobis. Sicut palmes nō potest ferre fructum a semetipo nisi manserit
in vite: sic nec vos nisi ī me mā
seritis. Ego sum vitis ⁊ vos
palmites. Qui manet in me ⁊
ego in eo hic fert fructū multū
quia sine me nihil potestis facere. Siquis in me nō māserit
mittetur foras sicut palmes: ⁊
arescet. ⁊ colliget eū ⁊ in ignez
mittent: ⁊ ardet. Si māseritis
in me: ⁊ verba mea in vobis
māserint: qd̄cunq3 volueritis
petetis ⁊ fiet vobis.

¶ Postilla.

¶ Ego sū vitis vera ⁊ pater
meus ⁊c. Joh. xv. Hoc sacrū euangeliū locut⁹ est dn̄s iesus anno ei⁹
xxxiij. ix. kl̄. Aprilis. feria. v. cene
dn̄i. luna. xiiij. indictiōe. vj. Añ initium illi⁹ euāgelij scribit sctūs Johānes in pcedēti capi. q xp̄s dixit
discipulis suis. Qui habet mādata mea ⁊ seruat ea: ille est q̄ diligit
me. Qui aūt diligit me: diligetur a
prē meo. Tunc postmodū sequit̄
euāgeliū hodiernū.(Ego sum vitis vera) Ly. Sicut eni vitis mate

rialis habet lignũ vile ⁊ despectũ ⁊ quasi inutile videt᷑: cũ tamẽ fructus optimos habeat. ita xps i humana natura videbat᷑ abiect⁹ vilis ⁊ despectus. ⁊ tñ per eius humanitatẽ secutus est fructus gloriosus Uni⁹ eñ nature sũt vitis ⁊ palmites. ⁊ ideo xps dicit᷑ vitis ratione humanitatis in q̃ natura est fidelibus hõibus similis (⁊ pater meus agricola est) Tho. Sic eñ agricola colit vineã vel agrũ vt fructificet: sic deus aiam. (oẽm palmitem in me nõ ferentẽ fructũ) Ly. i. eos qui sola fide sunt adherẽtes xpo: sed nõ per charitatẽ operantẽ (tollet eũ) q2 talis infructuosus ⁊ ociosus homo abscindet᷑ per condẽnationis sententiã. s. in morte: ⁊ mittet᷑ in ignẽ eternũ. vt patet Math. vij. Omis arbor q̃ nõ facit fructũ bonũ excidet᷑ ⁊ in ignẽ mittetur (⁊ oẽm q̃ fert fructũ purgabit eum) Ly. per mũdi tribulationes q̃ sũt quedã medicine ⁊ purgationes. (vt fructũ plus afferat (Ly. sicut in vite materiali aliqui palmites etiam fructuosi rescindũtur ne humor nimis dispergat᷑. ⁊ sicut virt⁹ vnita fortificat᷑ ⁊ magis fructificat. sic p tribulationes iocũditatẽ vite presentis a fidelib⁹ rescindẽtes corda eoꝝ retrahũt᷑ ab amore mũdialiũ. ⁊ sic in toto recollecta feruẽtius ferũtur in deũ ⁊ faciũt maiorẽ fructum bonoꝝ opeꝝ (Jam vos mũdi estis ꝑpter sermonẽ quẽ locutus sũ vob) Gor. Iste fuit sermo fidei q̃ purificat credẽtes. vt p3 Actu. xv. Fide purgãs corda eoꝝ (Manete in me ⁊ ego in vobis) Lyra. per fidẽ ⁊ charitatẽ formatã per quã homo est in deo ⁊ de⁹ in homine. (Sicut palmes nõ põt facere fructũ a semetipo nisi mãserit in vite) Ly. hoc videmus in vite materiali: q2 ferre fructũ nõ põt nisi particeps sit humoris ⁊ pinguedinis ipsius stipitis. (Sic nec vos) Tho. fructũ aliquẽ potestis facere. i. opus aliqd qd sit meritoriũ vite eterne (nisi in me mãseritis) p fidẽ ⁊ amorẽ (Ego suz vitis ⁊ vos palmites) Ly. q. d. si vultis fructificare manete in me. (Qui manet in me) Glo. credẽdo ⁊ obediẽdo (⁊ ego in eo) illuminãdo: subueniẽdo: ⁊ perseuerãtia3 dãdo. (hic fert fructum multũ). s. bonoꝝ opeꝝ (q2 sine me nihil potestis facere) Tho. nec parũ nec multũ: immo nec cogitare aliqd boni. Uñ aplus. ij. corinth. iij. Nõ sum⁹ sufficiẽtes cogitare aliqd a nob quasi ex nob (Si qs in me nõ mãserit mittet᷑ foras). s. per abscisionẽ in morte (sicut palmes) Gor. sicut palmes a vite separat᷑ extra vineã pijcitur: sic infidelis p separationẽ ab vnitate ecclie. Ut patet Apo. vl. Foris canes ⁊ venefici ⁊ impudici (⁊ arescet) p amissionẽ humoris grẽ (⁊ colligẽt eum) sc3 angeli executores diuine iusticie (⁊ in ignẽ mittẽt). s. infernalem (⁊ ardet). s. sine fine in perpetuitate pene (Si mãseritis in me) per dilectionẽ (⁊ v̾ba mea in vob manserint) qd fit vt dr̃ in glosa qñ faci



mus q̃ð xp̃s precipit: ꝛ diligimus que promittit. (q̃dcunq; volueri- tis) Ubo. i. desiderio ꝛ affectione (petetis) in oratione discrete ꝛ per seuerãter (ꝛ fiet vobis) Lyra de ꝑ- tinẽtibus ad salutẽ vestram.

¶ Incipit comune de marty- ribꝰ. Et ꝑmo de vno martyre Euange. Scd̃m Math. xvi.



N illo tp̃e. Di- xit ih̃s discipl'is suis. Si q̃s vult post me venire: abneget semetip sum ꝛ tollat crucẽ suã ꝛ sequa tur me. Qui eñ voluerit aiam suã saluã facere perdet eã. qui autẽ perdiderit aiam suã pro- pter me inueniet eã. Quid eñ prodest homini si vniuersum mundũ lucret': anime vero sue detrimentũ patiatur. aut quã dabit homo cõmutationẽ ꝑ anima sua. Filiꝰ eñ hominis venturꝰ est in gloria patris sui cum angelis suis. Et tunc red det vnicuiq; scd̃m opera sua.

¶ Postilla.

¶ Si quis vult post me veni- re ꝛc. Mathei. xvi. Marci. viij. Lu ce. ix. Hanc historiã huius euãge- lij locutus est dñs ih̃us xp̃s anno eius. xxxij. iij. kl'. Augusti. feria. v. luna. xiij. indictione. v. Ante initiũ illius euãgelij scribit sanctus Ma theus in eodem capi. q͛ cepit ih̃s ostendere discipulis suis: q: opor tet eũ ire in ierosolimã ꝛ multa pati a senioribus ꝛ scribis ꝛ prin- cipibus sacerdotũ: ꝛ occidi ꝛ ter- tia die resurgere. Et assumẽs eũ pe trus cepit increpare illum dicens. Absit a te dñe: non erit tibi hoc. Qui conuersus dixit petro. Uade post me sathanas: scandalũ mihi es. Lyra. id est q̃tum est in te vis me a salute mũdi impedire. q: non sapis que dei sunt: sed ea que ho- minũ. Ly. petrus dixit ista verba ihesu xp̃o motus ex affectu huma no. Tunc dixit ihesus discipul' su- is. (Si quis vult post me venire) Lyra. meã doctrinã ꝛ facta sequẽ- do (abneget semetipsum) Gorra. id est propriũ sensum ꝛ propriam volũtatẽ (ꝛ tollat crucẽ suã) id est carnis castigationẽ (ꝛ sequat' me) Gor. per facta sc; virtutũ imitati one. Uñ Berñ. O q̃ pauci volunt post te ire dñe: ꝛ ad te peruẽire ne mo est qui nolit. congregare cupi unt: sed nõ compati (Qui eñ vo- luerit animã suã saluã facere) Ly. q̃tum ad meritũ vite eterne (per- det eam) id est destruet corpus la- boribus ꝛ passionibus exponẽdo Ex quibus sequit' separatio aie et corporis. ꝛ hoc est animã perdere scd̃m estimationẽ falsam hominũ carnaliũ: licet sit saluare scd̃m ve- ritatẽ (Qui aũt perdiderit animã

suā ꝑpter me) Ly. s. propter deū moꝛtē sustinēdo (inueniet eā) in futura gloꝛia (Quid eñ ꝓdest homini si vniuersum mūdū lucretur) Goꝛ. de quo nichil secū moꝛiens poterit poꝛtare nisi peccatū. ymo q̄to plus acquisiuit de mūdo: tāto plus acquisiuit de inferno. vñ Apoca. xviij. Quantū gloꝛifica uit se ꝛ in delicijs fuit: tantū date illi toꝛmentū ꝛ luctū (anime autē sue detrimentū patiat') Goꝛa. scȝ amittēdo gloꝛiā. incurrēdo penaȝ eternā. ꝛ perdēdo humanā substātiā. quasi diceret: totū inutile fit. Unde Ambꝛo. Nichil potest lucri facere tēpoꝛalia si perdātur eterna Exponitur etiā hoc de illis qui lucrātur animas alioꝝ ꝛ suas ꝓpꝛias negligūt (aut quā dabit homo cōmutatione.) Goꝛa. id est redēptionem (pꝛo anima sua) scilicet dānata. quasi diceret: si daretur ꝑ ea mundus nō liberaretur. Quia ſm Bedam. In inferno nulla est redēptio nec doloꝝ mitigatio. (fili' hominis) id est xp̄s qui est verus homo (venturus est) scȝ ad iudicium (in gloꝛia patris) Lyra. q: in foꝛma gloꝛiosa iudicabit (ꝛ tunc reddet vnicuiq; scd̄m opera sua) Ly. iustis gloꝛiā coꝛpoꝛis ꝛ anime: malis autem penā coꝛpoꝛis ꝛ anime. Unde Apocalip. xiiij. Opera eniȝ illoꝛum sequūtur illos.

Aliud euāgeliū de vno martyꝛe. Scd̄m Johānem. xij.



N illo tp̄e. Dixit ihesus discipulis suis. Amē amen dico vobis Nisi granū frumēti cadēs in terrā moꝛtuū fuerit: ipsum solū manet. Si aūt moꝛtuū fuerit: multū fructū affert. Qui amat animā suā: perdet eam. ꝛ qui odit animā suā in hoc mūdo: in vitam eternā custodit eam. Si quis michi ministrat me seq̄tur. ꝛ vbi ego sum: illic ꝛ minister meus erit. Si quis michi ministrauerit: honoꝛificabit eum pater meus qui in celis est.

¶ Postilla.

¶ Nisi granū frumēti cadēs in terrā. ꝛc̄. Johānis. xij. Hoc euāgeliū factū est anno xp̄i xxxiij. xij. kalēdas Apꝛilis. feria. iiij. luna. xi. indictione sexta. Ante initiū illius euāgelij scribit sanctus Johānes in eodem capitulo q̄ xp̄s dixit discipulis suis. Uenit hoꝛa vt clarificetur filius hominis. Lyra. Xp̄us in sua passiōe clarificatus est per signa ostensa in solis obscuratiōe in terre motu: in sepulchoꝝ apertione: ꝛ in veli tēpli scissione. Fuit etiā clarificat' in sua resurrectione ꝛ ascensione in celū. Sed q: gloꝛiā

precedit humilitas: ideo in presen ti euãgelio agit de humilitate sue passionis dicẽs (Amẽ amẽ dico vo bis. nisi granũ frumenti cadẽs in terrã mortuũ fuerit: ipm solũ manet. si aũt mortuũ fuerit: fructum multũ affert) Tho. granũ fruméti est xp̃s. sicut em̃ granũ fruméti melius est ceteris granis: sic xp̃s melior est om̃ib⁹. hoc granũ semina tũ est in incarnatiõe. germinatũ in natiuitate ⁊ mortificatũ in sua passione. Multũ fructũ attulit in gentiũ cõuersiõe. q2 passio xp̃i maxime fuit causa ɔuersiõis gentiũ. vt patet Ioh. xij. Si exaltat⁹ fuero a terra om̃ia trahã ad meipm. (Qui amat aĩam suã) Ly. i. volẽdo sibi delectabilia huius mũdi ⁊ carnis. (perdet eã). s. in futuro. q2 ad eternã perditionẽ eã deducit. Sic amabat aĩam suã ille diues q̃ dicebat: vt dr̃ Luce. xij. O aĩa mea habes multa bona posita in annos plurimos. reqesce. comede ⁊ bibe. vnde perdidit eã: q2 statĩ dictũ ẽst ei Stulte hac nocte repetẽt. s. diabo li aĩam tuã a te. ⁊ q̃ cõgregasti cuius erũt (⁊ q̃ odit aĩam suã in hoc mũdo) Tho. s. dãdo eã pro xp̃o (in vitã eternã custodit eã) vt p3 Mathei. xvi. Qui voluerit aĩam suam saluã facere: perdet eã. si q̃s michi ministrat) Tho. i. vult esse ver⁹ minister ⁊ seru⁹ (me seq̃t) Ly. q. d. rõnabile est q̃ minister seq̃at dominũ (Et vbi ego sum illic ⁊ minister meus erit) Tho. nulla põt esse maior pmissio: q2 esse vbi xp̃s est includit oĩa bona. q2 xp̃s in q̃tum est de⁹ essentialiter ipsa beatitudo De qua dr̃ in ps. lxxxix. Q̃m mille anni ante oculos tuos tanq̃ dies hesterna q̃ preterijt (Si q̃s michi ministrauerit) Ly. obediẽdo mandatis meis (honorificabit eum pater meus) Glo. vt sit fili⁹ dei patris p adoptionẽ. ⁊ ille est maximus honor de seruo adoptari in filiũ dei. vt p3 Roma. viij. Si filij ⁊ here.

¶ Sequũtur euãgelia de pluribus martyribus. Euãgeliũ. Scdm Matheũ. v. capitulo.



In illo tp̃e. Uidẽs ihs turbas: ascendit in monte. Et cũ sedisset accesserũt ad eũ discipuli eius. Et aperiens os suũ docebat eos: dicẽs. Beati pauperes spiritu: q̃m ipo2 est regnũ celo2. Beati mites: q̃m ipsi possidebũt terrã. Beati q̃ lugent: q̃m ipsi consolabunt̃. Beati qui esuriũt ⁊ sitiũt iusticiã: q̃m ipsi saturabunt̃. Beati misericordes: q̃m ipsi misericordiã consequentur. Beati mũdo corde: q̃m ipsi deũ videbũt. Beati pacifici: quoniã filij dei vocabunt̃. Beati q̃ persecutionẽ patiũtur propter iu-

sticiã: qm̃ ipsoꝝ est regnũ celorũ. Beati estis cũ maledixerit vobis hoies ⁊ psecuti vos fuerint: ⁊ dixerint omne malũ aduersum vos mentiẽtes ꝓpter me. Gaudete ⁊ exultate: quoniã merces vestra copiosa est in celis. ¶ Postilla.

¶ Uidẽs ihūs turbas ascẽdit in montẽ. ⁊c. Mathei. v. Marci. ij. Luce. vi. historiã hui⁹ euãgelij locut⁹ est dñs ihs xp̄s anno ei⁹ xxxi. ij. Idus Julij. feria. ij. luna. xvi. in ditiõe. iiij. Ante initiũ illi⁹ euãgelij scribit sanct⁹ Mathe⁹ in. iiij. ca. φ ihs circuibat totam galilea docẽs in synagogis eoꝝ ⁊ predicãs euangeliũ regni: ⁊ sanans oẽm languorẽ ⁊ oẽm infirmitatẽ in populo. ⁊ abijt fama ei⁹ in totã syria. Et obtulerũt ei oẽs male habẽtes varijs lãguoribus: ⁊ qui demonia habebant. ⁊ lunaticos ⁊ paraliticos: ⁊ curauit eos. Et secute sunt cũ turbe multe de galilea ⁊ de decapi: ⁊ de hierosolimis ⁊ d̃ iudea ⁊ de trãs iordanẽ. (Uidẽs ihs turbas) Glo. interliñ. vitare volẽs multitudinẽ populi vt solis discipulis loq̄ret (ascẽdit in montẽ) Goz. s. tbaboz q̄ est in galilea (Et cũ sedisset) tanq̃ magister aucteticus. tanq̃ humilis prelatus. Ex hoc loco tenet᷑ φ quãdo fit sermo secularib⁹ stat predicatoz: ⁊ inuitãs ad pugnã ⁊ operationẽ. quãdo vero religiosis ⁊ contẽplatiuis: sedet ⁊ inuitãs ad quietẽ. (accesserũt ad eũ discipuli eius) Goz. tanq̃ magis deuoti. tãq̃ familiari⁹ dilecti. tanq̃ specialiter vocati (Et aperiẽs os suũ docebat eos) Ly. s. octo beatitudines dicẽs) Beati pauperes spiritu) Ly. sc͂ volũtarie pauperes: vt deo liberius vacent (qm̃ ipsoꝝ est regnũ celoꝝ) Lyra. in regno intelligit᷑ oĩmoda sufficiẽtia ⁊ excellẽtia q̄ bene repromittitur eis in celis q̄ temporalia cõtẽpserũt in terris. (Beati mites) Goz. mitis est qui aliũ nõ offendit: mansuet⁹ autẽ qui se offẽdẽtes tolerat (qm̃ ipsi possidebũt terrã) supple viuentiũ. de qua dicitur in ps. cxli. Portio mea dñe sit in terra viuentiũ. (Beati q̄ lugent) sc͂ in p̄senti. Primo pro peccatis ꝓpriis. secũdo pro peccatis alienis ⁊ miserijs proximoꝝ. Tertio ꝑ dilatione glorie. vnde dauid in ps. cxix. Heu michi q2 incolat⁹ meus plõgatus est. ⁊c. Itẽ. ps. xli. fuerũt michi lachrime mee panes die ac nocte dũ dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus. (qm̃ ipsi cõsolabũtur) Ly. Cõueniens aũt est vt illi qui in presenti vita pro xp̄o volũtario luctu occupãtur: cũ deo ⁊ angelis eternaliter cosolẽtur (Beati qui esuriũt ⁊ sitiũt iusticiam) Et hec iusticia tribuit vnicuiq̃ quod suũ est: deo ⁊ proximo ⁊ sibiipsi. Deo tria: honorẽ creatori: amorẽ redẽptori: timorẽ iudici. Proximo tria. obedientiã superiori. concordiã pari. beneficentiã inferiori. Sibi tria. mundiciã cordis. custodiã

oꝝ: diſciplinā corpori. Uere ergo (beati qui eſuriūt ꝛ ſitiūt iuſticiā) non pecuniā terrenā ſicut cupidi. nō voluptatē carnalem ſicut voluptuoſi. nō potentiā ſecularem ſicut ſuperbi. Iſti enim nō ſunt beati: ſed ſunt miſeri. quia ſemper eſuriunt ꝛ nunꝙ ſatiabūtur. vt patet Iſaye. lxv. Ecce ſerui mei comedēt ꝛ vos eſurietis (ſed beati qui eſuriūt ꝛ ſitiunt iuſticiā: quia ſaturabūtur) Lyra. ꝛ iſta eſt ſatietas glorie celeſtis. de qua dicit̄ in. ps. xvi Satiabor cū apparuerit glīa tua. (Beati miſericordes) ſcilicet pauperibus tribuēdo elemoſinas. vt patet Danielis. iiij. peccata tua elemoſinis redime. Et prouerb. iiij. Qui miſeretur pauperi beat᷒ erit Ergo dicit̄ hic (beati miſericordes quoniā ipſi miſericordiā cōſequētur) Lyra. in celeſti eīn patria quiuis miſericordiā cōſequit̄: quia vltra condignū ſibi retribuit̄. Secundū illud qđ dicitur ad Roma. nos. viij. Nō ſunt cōdigne paſſiones huius tēporis ad futurā gloriam que reuelabit̄ in nobis. Quo contra dicitur. Jacobi. ij. Judiciū fit ei ſine miſīcordia qui nō facit miſericordiā. (Beati mūdo corde) Unde hieroni. Beati mūdo corde quos nō arguit conſcientia peccatoꝝ. ꝛ hoc petiuit Dauid in. ps. .l. dicens. Cor mundū crea in me deus. (quoniā ipſi deū videbunt) vnde dicit̄ in ps. xxiij. Quis aſcendet in mōtem dn̄i: aut quis ſtabit in loco ſancto eius. Innocēs manibus ꝛ mūdo corde. Unde etiam apl's. j. Corin. xiij. Uidemus nunc per ſpeculū in enigmate: tunc aūt facie ad faciē (Beati pacifici) Gor. qui paci faciende reformādeqꝫ cōſeruāde ſiue in ſe ſiue in alijs inuigilāt (quoniā filij dei vocabunt) ꝛ cōſequēter heredes. vt patꝫ Roma. viij. Si filij ꝛ heredes (Beati q̄ perſecutionē patiūtur) nō tantum beati qui bene operātur: ſed etiā beati qui perſecutionē patiūtur: nō propter ſcelera vt malefici: latrones ꝛ heretici. vt patet. j. petri iiij. Nemo veſtrū patiat̄ quaſi homicida. aut fur. aut maledicus: ſed (propter iuſticiā) Gor. defendendā ꝛ conſeruandā. Sic ſancti martyres qui q̄to acerbiorib᷒ tormentis cruciabātur: tantum magis in dn̄o letabātur. (quoniā ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ) ꝛ merito debetur patientie regnū. quia ſcđm apl'm. ij. ad Thimo. ij. Si ſuſtinebim᷒ ꝛ cōregnabim᷒ (Beati eſtis) Gor. nūc in ſpe: ſꝫ tādē in re (cū maledixerint vobis homines) ſcꝫ carnales ꝛ infideles qui ex odio vobis in faciē contumelias dixerint. (ꝛ perſecuti vos fuerint) ſcꝫ vim vobis inferēdo (ꝛ dixerint om̄e malū aduerſum vos mentientes propter me) id eſt ꝑpter nomē meū. (gaudete) Gor. interius in corde (ꝛ exultate) exterius in corpore (quoniā merces veſtra copioſa eſt in celis.) Ut patet Geneſis. xv. Ego ſum merces veſtra magna nimis. vnde etiā apl's paulus. j. Coꝝ. ij. nec oculus vidit

nec auris audiuit nec i cor hois as cēdit: q̄ preparasti diligētibus te.

Aliud euāge. de martyrib⁹ Scōm Lucam. vi. capitulo.



N illo tpe. Descendens ihesus de mōte: stetit in loco campestri: ⁊ turba discipulorꝫ eius: ⁊ multitudo copiosa plebis ab omī iudea ⁊ iherusalem ⁊ maritima: ⁊ tyri ⁊ sydonis: qui venerant vt audirent eum: ⁊ sanarent a languorib⁹ suis. Et qui vexabant a spiritibus immūdis curabātur: et omīs turba querebat eū tangere: quia virt⁹ de illo exibat: ⁊ sanabat omēs. Et ipse eleuatis oculis in discip'los suos dicebat. Beati pauperes: q̄ vestrū est regnum dei Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cū vos oderint homines: ⁊ cū separauerint vos ⁊ exprobrauerint: ⁊ eiecerint nomē vestrū tanq̄ȝ malū propter filiū hominis. Gaudete in illa die ⁊ exultate: Ecce enim merces vestra multa est in celis. Postilla.

Descendēs ihūs de monte stetit. ⁊c. Luce. v. Hec verba euangelij locutus est dn̄s ihesus anno eius. xxxi. ij. Idus Julij. feria. ij. luna. xvi. indictiōe. iiij. Ante initiū illius euāgelij habet Luce in codeȝ cap. factū est aūt in illis dieb⁹. s. in quo xp̄s predicauit ⁊ miracula fecit. exijt ih̄s in montē orare. ⁊ erat pernoctās in oratione. ⁊ cū dies factus esset vocauit discipulos suos: ⁊ elegit duodecim ex ipsis quos ⁊ ap'los noīauit. Symonem quē cognoīauit petrū. ⁊ andream fratrē eius. iacobū ⁊ iohānē. philippū ⁊ bartholomeū. matheū ⁊ thomā. iacobū alphei. id est filiū alphei. ⁊ symonē qui vocatur zelotes. iudam iacobi. id est fratrem iacobi. ⁊ iudam scarioth qui fuit proditor (Et descēdens de monte) cū illis. s. apostolis (stetit in loco cāpestri ⁊ turba discipulorꝫ eius) Glo. a. steterūt circa eum. Ex hoc pȝ q̄ multos habebat discipulos q: nō solū. xij. discipulos: sed etiā lxxij. ⁊ forte plures: multos eī cōuerterat (⁊ multitudo copiosa plebis sedit circa euȝ: sicut solet fierī in sermonib⁹ (ab omī iudea ⁊ iherusalē ⁊ maritima) Glo. maritima dicitur hic regio iuxta mare germanū sita: nō iuxta galilee (⁊ tyri ⁊ sydonis) q̄ fuerūt ciuitates gētiliū (q̄ venerāt vt audirēt eū ⁊ sanarētur a lāguorib⁹ suis. ⁊ q̄ vexabantur a spiritibus immūdis curabantur. Glo. ⁊ est notabile q̄ āte xp̄i aduentum multi erant demoniaci modo aūt pauci: nec mirū. Tunc

eni erat diabolus princeps huius mūdi: sed nūc princeps huius mū di eiectus est foras. vt patet Joh. xij. (et omis turba querebat eū tangere) Glo. nec mirū: quia tactus eius et sanat corpora et sanctificat animas (quia virt⁹ de illo exibat) id est virtuose actiōis effect⁹ (et sanabat oēs. Glo. ipse eñ optimus est medicus cui nullus est incurabilis morbus. Unde in ps. Qui sanat oēs infirmitates tuas. (et ipe elevatis oculis in discipl'os suos dicebat. Beati pauperes) Ly. et accipitur hic paupertas volūtaria p quā aliquis contēnit et abiicit a se bona tp̄alia inq̄tum potest fieri bono modo. vt homo liberi⁹ vacet operibus vite contēplatiue (qz vestrū est regnū dei) Ly. hic i spe et postea erit vestrū in re. (Beati q̄ nūc esuritis) Lyra. abstinētes a cibis delectabilib⁹ et supfluis: vt sic redigat' caro in servitutē anime (qz saturabimini) Ly. inchoatiue in p̄senti vita: sed pfecte in patria. s̄m q̄ dicitur in ps. xvi. Satiabor cū apparuerit gloria tua. (Beati qui nūc fletis) scz in p̄senti mūdo q̄ est vallis lachrimap (qz ridebitis) in futura vita. Glo. felix mutatio ab opposito in oppositū. scilicz a fletu in gaudiū. scz a fletu trāsitorio in gaudiū eternū. (Beati eritis cū vos oderint homines) Glo. scz malū vobis optāo (et cū sepa rauerint vos) scz a sua congregatione expellendo. scd̄m illud Johis xi. Jam cōspirauerāt iudei vt si q̄s eum confiteret' extra synagogā fieret (et exprobrauerint) Glo. a cōuitia et improperia vobis dicendo. (et eiecerint nomē vestrū tanq̄ malū) scz nomen xp̄ianū tanq̄ malū: cum sit optimū (ppter filiū hois) Glo. Ecce causa optima debita patiendi: scz propter filiū homis. Glo. Nemo eñ debet pati tanq̄ homicida aut fur: sed tanq̄ xp̄ianus. (gaudete in illa die) Glo. scz gaudio interiori: quod fecerūt apostoli. vt habet' Actuū. v. Ibāt gaudētes apostoli a conspectu cōsilij: quoniā digni habiti sunt pro nomine ih̄u cōtumeliā pati. (et exultate) Glo. scz gaudio exteriori. q̄d fecit beatus Andreas dicēs. Securus eñ et gaudens venio ad te o bona crux. Et sic beatus Uincēti⁹ Hoc est inquit quod semper optaui et votis omib⁹ exquisiui. Sic et beatus Laurentius dixit. Gaudeo plene: qz hostia xp̄i effici merui. Sic et beata Agatha letissime et gaudenter ibat ad carcerē (Ecce merces vestra multa est in celis.) Glo. tam multa q̄ nō potest numerari. tā magna q̄ nō potest estimari. taz preciosa q̄ nō potest cōparari. tam diuturna q̄ nō potest terminari. (in celo) quasi diceret in loco securo Ergo de amissione nō timeatis: qz ibi nec fur appropinquat: nec erugo nec tinea demolitur. vt patet Mathei. vi.

¶ Aliud euāgeliū de martyribus. Scd̄m Lucam. vi.



N illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Cũ audieritis plia ⁊ seditiones: nolite terreri. Oportet primũ hec fieri: sed nõdũ statim finis. Tũc dicebat illis. Surget gens cõtra gentem: ⁊ regnum aduersus regnum: ⁊ terremotus magni erunt per loca: ⁊ pestilẽtie ⁊ fames: terroresq̃ de celo: et signa magna erunt Sed ante hec oĩa iniicient vobis manus suas ⁊ persequẽtur: tradentes in synagogas ⁊ custodias: trahẽtes ad reges ⁊ presides propter nomen meũ. Continget autẽ vobis in testimoniũ. Ponite ergo in cordib⁹ vestris nõ premeditari queadmodũ respondeatis. Ego eni dabo vobis os ⁊ sapientiã cui nõ poterunt resistere nec contradicere oẽs aduersarij vestri. Trademini aũt a parẽtib⁹ ⁊ fratrib⁹ ⁊ cognatis ⁊ amicis: ⁊ morte afficient ex vobis. Et eritis odio oĩbus hoĩb⁹ ,pter nomẽ meũ: ⁊ capillus de capite vr̃o non peribit. In patientia vr̃a possidebitis animas vestras.

Postilla.

Cum audieritis prelia ⁊ seditiones ⁊c. Luce. xxj. hãc historiam hui⁹ euangelij locutus est dñs iesus xp̃s anno eius. xxxiij. xiij. kl. Aprilis. dñica. s. palmarũ. luna. x. inditione. vj. Ante initium illius euãgelij scribit sctũs Lucas in pricipio huius capli. Respiciẽs autẽ iesus vidit eos qui mittebant munera sua i gazophilaciũ diuites. ⁊ vidit quandã viduam paupercu-lam mittentẽ era minuta duo. ⁊ dixit. Uere dico vobis q2 vidua ista pauper plus q̃ oẽs misit. naȝ oẽs hij ex abundãti sibi miserunt. hec aũt oẽm victum quem habuit misit. Et quibusdã dicentib⁹ de templo q lapidib⁹ bonis ⁊ donis ornatuȝ esset: dixit. Hec que videtis venient dies in q̃bus nõ relinquetur lapis super lapidem qui non destruat᷑. Interrogauẽrt illuȝ dicẽtes. preceptor quãdo hec erunt: ⁊ qđ signũ cũ fieri incipiẽt. Qui dixit. (Cum audieritis prelia ⁊ seditiones). Sc. prelia q̃tum ad hostes extraneos. ⁊ seditiones q̃tum ad domesticos. Unde Grego. Bella ad hostes ptinẽt: seditiones ad ciues. Nam Josephus in libro antiquitatũ dicit q post passionem xp̃i ⁊ destructionẽ ciuitatis hierl'm multe seditiões ⁊ prelia erãt apud iudeos. quia samaritani qui prim tenebãt ritum gentiliũ insurgebãt contra iudeos: ⁊ ecõuerso. Itẽ in pp̃lo iudeorũ erant plurimi q̃ in-

citabant pplm ad rebellandū contra romanos. alij aūt ad cōtrariuz τc. (Nolite terreri. oportet primū hec fieri). Ly. quia sunt a deo preordinata. (sed nōdū statim finis). Ly. quia post auditionē taliū stetit adhuc ciuitas hierlm per tēp⁹ longū. s. xlij. annis post passionē xpi. Gor. voluit aūt dn̄s differre ne territi apl̄i hierlm τ iudeam desererent: τ vt interim predicātib⁹ apl̄is electi cōuerterent: τ reprobi inexcusabiles efficerēt. Tūc postmodū. s. dixit φ nō statim esset finis. (Dicebat illis. Surget gēs cōtra gentem) Gor. idest popul⁹ cōtra populū: siue vna tribus contra aliam. (τ regnū aduersus regnum) Ly. quia regnū iudeorū cōtra regnū Romanorū rebellauit. (τ terremotus magni erunt per loca). Gor. ad innuendū φ illi terremotus particulares erant futuri. Uniuersalis eni terremot⁹ nō fuit nisi in passione xpi de quo dicitur Mathei. xxvij. Et ecce terremotus factus est magnus. petre scisse sūt (τ pestilētie) quia pestilentia fuit in obsidiōe ciuitatis hierlm ex corruptiōe aeris ex cadauerib⁹ mortuorū. (τ fames) Gor. Ecce penuria victualiū. facta ē eni fames generalis sub claudio īpatore quā pdixerat agab⁹ pph̄a. (terroresq3 de celo τ signa magna erūt). Dicit eniz Joseph⁹ ī lib. de iudayco bello φ an̄ destructionē ciuitatis hierlm sidus stetit sup ciuitatē hierlm p annū sil̄e gladio: quā apparitionē q̄dā dicebāt significare auxiliū sibi affuturū cōtra īimicos. Alij ecōtrario dicebāt significare vindictā di cōtra mala inhabitātiū in ciuitate τ ppter hoc erāt diuerse opiniōes de plijs īter eos. (Sed ante h̄ oia) Gor. suppleiā dicta. (inijciēt vob̄ man⁹ suas). psequētes de loco ad locū. vt p3 Joh̄. xv. Si me psecuti sūt: τ vos psequent̄. (tradētes in synagogas). Gor. i. ī publicos cōuētus ad magis cōfūdēdū τ flagellādū: sicut factū est qn̄ cesis apl̄is denūciauerūt ne ampli⁹ loquerēt̄ in noie iesu. vt p3 Act. v. (τ custodias). s. ad īncarcerandū. vt factuz ē qn̄ posuerūt eos in custodia publica. vt p3 Act. v. (trahētes ad reges τ psides. Gor. ad rn̄dēdū eis. (ppter nomē meū). i. ppter cōfessionē nois mei. (cōtinget aūt vob̄ in testimoniū). Ly. s. euāgelice veritatis ibidē cōstāter pfitēde. (ponite ergo in cordib⁹ vr̄is nō pmeditari quēadmodum rn̄deatis. ego eni dabo vob̄ os) Gor. i. eloquentiā ad loquēdū. (τ sapiam) ad cognoscēdū. (cui nō poterūt resistere nec cōtradicere oēs aduersarij vr̄i) Gor. s. nec iudei nec heretici nec pagani. (Trademini āt a parētib⁹ τ frīb⁹ τ cognatis τ amicis: τ morte afficiēt ex vobis. Gor. q̄ debeant vos iurare τ liberare. (τ eritis odio oib⁹ hoīb⁹) Gor. humanuz amātib⁹ τ terrena sapiētib⁹ (ppt̄ nomē meū). i. ppter cōfessionē nominis mei. (τ capill⁹ de capite vr̄o nō pibit). Ly. hoc audit saluator

ad declarandū veritatē future re-surrectiōis per quā resurget in electis nō solū illa q̄ sunt de necessitate humane nature: sed etiā ea q̄ sunt ad decorē: cuiusmodi sunt capilli. quia meditatio huius resurrectionis multū facit ad tollerātiā martyrij de quo saluator loq̄baī. (In patiētia vestra). Glo. q. d. in predictis maxime necessaria est pacientia. q: in ipa) possidebitis animas vestras) idest custodietis.

¶ Aliud euangeliū de martyribus scdm̄ Lucam. xij.



In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Attēdite a fermēto phariseorū quod est ypocrisis. Nihil aūt opertum qd̄ nō reueleī: neq̄ absconditū qd̄ nō sciatur. qm̄ que in tenebris dixistis: in lumine dicētur: ⁊ qd̄ in aure locuti estis in cubiculis p̄dicabiī in tectis. Dico aūt vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corpus: ⁊ post hec nō habent amplius qd̄ faciāt. Ostē dam aūt vobis quem timeatis. Timete eū qui postq̄ occiderit habet potestatē mittere in gehēnam. ita dico vobis hūc timete. Nōne quinq̄ passeres veneunt dipōdio: ⁊ vnꝰ ex illis nō est in obliuione coram deo. Sed ⁊ capilli capitis vestri omnes numerati sūt. Nolite ergo timere. mītis passeribus pluris estis vos. Dico autem vobis. omnis quicūq̄ confessus fuerit me coram hominibus: ⁊ filius hominis confitebitur illum coram angelis dei.

¶ Postilla.

¶ Attendite a fermento phariseorū ⁊cetera. Luce. xij. Historia huius euangelij dicta est a dn̄o ihesu christo anno eius. xxxj. ij. nōus Julij. feria. v. luna. xvj. indictione. iiij. Ante initium illꝰ euāgelij scribit sāctus Lucas. q̄ multis turbis circūstantibꝰ: ita vt se inuicem cōculcarēt cepit iesus dicere ad discipulos suos.) Attēdite a fermēto phariseorū). Lyra. s. ne per eorū ypocrisim auertimini a fidei veritate. (nihil aūt optuū qd̄ nō reueleī neq̄ abscōditū qd̄ nō sciaī). Glo. optū ptinet ad opera mala q̄ occultanī ex industria. abscōditū ad cogitatiōes q̄ occultāī ex ppria natura. s; vtrūq̄ in futuro iudicio scieī (qm̄ q̄ in tenebris dixistis) Glo. i. in pssuris ⁊ in carceribus locuti estis (in lumine dicentur) idest in aperto quando. s. ea q̄ passi estis i carceribꝰ legūī p orbē ad gliam vestrā. (⁊ quod in

ore locuti estis).idest in priuato. priuatū aūt efficitur verbū vel ex modo. qr submisse in aure. vel in loco qz in cubiculo. (predicabitur in tectis) Ly. dom⁹ ergo in illa terra habēt tecta plana vbi cōgregantur hoies ad spaciandū ꝛ cōfabulandū. ꝛ ideo illa q̄ dicunt ibi: publice dicunt. Et hoc modo exponit Theophil⁹. (dico āt vob amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corp⁹). Un̄ Chriso. Oia mala opat timor mortis: oia bona tempus mortis. (ꝛ post hec). i. post ascēsionē corpis. (nō habēt amplius quid faciant. Ostendam aūt vobis quem timeatis. timete eum qui postq̄ occiderit) scʒ corpus (habet ptātē mittere in gehēnam) Gor. i. ipam aiam ꝛ etiā ipm corpus. (ita dico vobis hūc timete) ꝛ nō alium. (Nōne quinqʒ passeres veneunt). i. vendunt. (dipōdio) Gor. dipōdius est pond⁹ monete ex duobus assibus cōpositū. Ad euidentiā illius scdm Ly. Sciendum q̄ passeres abundāt in terra promissionis. ꝛ ideo de ipis fiebat oblatio pauperū qui non poterant habere alia. vnde erāt parui valoris. quia duo habebāt pro asse. (ꝛ vnus ex illis) scʒ q̄uis sit parui valoris. (non est in obliuione coram deo). i. nō morietur sine prouidentia dei patris. ꝛ per consequens supple neqʒ vos moriemini quin de⁹ ordinet de morte vestra. (Sed ꝛ capilli capitis vrī oēs numerati sunt) Ly. i. in dei pñtia. (nolite ergo timere. multis passeribus pluris estis vos). Ly. i. maioris reputationis apud deum. qr ad imaginem dei creati. (Dico aūt vobis. ois quicunqʒ me cōfessus fuerit coram hoibus) Gor. i. non tm̄ crediderit corde: sed confessus fuerit simul ore.) ꝛ filius hois cōfitebitur eum corā angelis dei).

¶ Sequunt̄ nūc euāgelia de cōfessorib⁹ euangelium scdm Lucam. xij.



In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Sint lūbi vestri p̄cincti ꝛ lucerne ardentes in manib⁹ vestris. Et vos similes hoibus expectantibus dn̄m suuʒ quando reuertatur a nuptijs. vt cū venerit ꝛ pulsauerit: cōfestim aperiant ei. Beati serui illi quos cum venerit dn̄s: inuenerit vigilātes. Amē dico vobis q̄ precinget se ꝛ faciet illos discūbere: ꝛ trāsiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia: ꝛ si in tertia vigilia venerit: ꝛ ita inuenerit beati sunt serui illi. Hoc autē scitote qm̄ si sciret pr̄famílias qua hora fur veniret: vigilaret vtiqʒ ꝛ nō sineret perfodi domū suā. Et vos estote pati. qr

qua hora nõ putatis filius ho
minis veniet.

¶ Postilla.

¶ Sint lumbi vestri pcincti
& lucerne &c. Luc. xij. Historia hu
ius euangelij locutus est dñs iħs
anno eius. xxxj. ij. nonas Julij. feria
v. luna. xvj. inditiõe. iiij. Ante ini-
tium illi⁹ euãgelij scribit sanctus
Lucas in eodẽ capi. q xpus dixit
discipulis suis. Nolite timere pu-
sillus grex. qr cõplacuit patri vro
dare vobis regnũ. Lũc seqt euã-
geliũ hodiernũ. (Sint lumbi vri
precincti). Ly. lumbi mentis sunt
volũtas & intellect⁹ ex qb⁹ proce
dunt cogitatiões male. Lumbi ve
ro carnis sũt in qb⁹ viget mot⁹ lu
xurie. & vtriq; lũbi sũt pcigẽdi. i.
coartandi ab illicitis cogitationi-
bus & opibus. (& lucerne ardẽtes)
Lyra. i. doctrina clara pcedẽs ex
charitate. (in manibus vris) iplẽ-
do ope. (& vos siles hoibus expe
ctantibus dñm suũ) Ly. i. sitis dis-
creti & vigiles & sollciti de vra cu
stodia expectãdo dñm vẽturuz ad
iudiciũ sicut antiqui pñes expecta
bant eũ vẽturuz in carnẽ. (quãdo
reuertat a nuptijs) Glo. or. ad nu
ptias dñs iuit: cũ post resurrectio
nem nouus hõ angeloꝝ multitu-
dinem sibi copulauit. A qb⁹ nup
tijs reuertit cũ nobis per iudiciũ
manifestat. vt pz Act. j. Sic veni
et queadmodũ vidistis eũ euntem
in celũ. (& pulsauerit) per egritudi
nem mortẽ propinquã designãdo
cõfestim apariant ei) eũ suscipien
do. (beati serui illi quos cũ vene-
rit dñs). Ly. in eoꝝ morte. (inue-
nerit vigilantes). i. in statu gre &
nõ in pctis dormiẽtes. qr talis pre
sentabit in iudicio qualis inueni-
tur in morte qtũ ad grãm vel ad
culpã. (Amẽ dico vobis q pcin-
get se) Glo. preparans se ad retri-
butionẽ. (& faciet illos discũbere)
Glo. or. in regno celesti quiescere
(& transiẽs ministrabit illis) Glo.
transiẽs ministrabit cũ de iudicio
ad regnũ rediens sua claritate fide
les satiabit. (Et si venerit in secũ-
da vigilia: & si in tertia vigilia ve-
nerit & ita inuenerit: bti sunt serui
illi. Unde Grego. Prima vigilia ẽ
status puericie: maxime cum inci-
pit vsus rõnis in pueris. Scda vi
gilia ẽ status iuuẽtutis. Tertia vi-
gilia est status virilis. Quarta vi
gilia est status senectutis. quia in
quolibet statu fideles debent esse
parati per iusticiã ad recipiendaz
mortẽ. (Hoc aũt scitote quoniaz
si sciret pater familias qua hora
fur veniret vigilaret vtiq; & non
sineret perfodi domũ suã. Glo. ra.
Hic dñs iesus monet nos vigilare
cõtra mortis incertitudinez: qũis
nihil sit certius morte: nihil tamẽ
incerti⁹ hora mortis. (Et vos esto
te parati. qr qua hora nõ putatis
fili⁹ hois veniet. Glo. or. vltimaz
horam semp ignorare voluit dñs
vt semper sit suscepta. & ad eandẽ
semper preparemur.

¶ Aliud euãgeliũ de cõfesso-

ribus scdm Lucā.xj.capi.



N illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Nemo accēdit lucernaz ⁊ i abscōdito ponit: neqz sub modio: sed super candelabrū: vt qui ingrediuntur lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex totū corpus tuū lucidum erit. Si aūt nequā fuerit: etiā corpus tuū tenebrosum erit. Vide ergo ne lumē qd in te est tenebre sint. Si ergo corp⁹ tuū lucidū fuerit nō habēs aliquā partē tenebrarū: erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

¶ Postilla.

¶ Nemo accendit lucernam ⁊ i abscōdito ⁊c. Luce.xj. Hoc huius euāgelij paradigma locut⁹ est dñs iesus anno eius.xxxj.ij. ydus Julij. feria.v.luna.xvj. inditione iiij. Ante initiū illius euāgelij scribit scrūs Lucas in eodē capi. q̄ q̄dam mulier extollens vocē de turba dixit. Beatus vēter qui te portauit ⁊ vbera que suxisti. Tunc sequitur euāgelbodi. (Nemo accendit lucernā). Ly. Lucerna hic accipitur pro intentionē recta. q2 intētio recta includit lumen fidei ⁊ ardorē charitatis ad moduz lucerne ardētis. (⁊ in abscōdito ponit: neqz sub modio: sed sup cādelabrū) Ly. q2 intētio recta dirigit ad supna. (vt qui ingrediunt̃ lumen videant) Ly. sicut eni lucerna in alto posita illuminat ea que sunt in domo materiali: sic intentio recta ea que fiunt ⁊ disponunt̃ in domo ecclesie: ⁊ etiā in domo cōscientie. (Lucerna corpis tui ē ocul⁹ tu⁹). Ly. quia sicut oculus dirigit mēbra corpis ad operandū: vt pedez ad ambulandū. manū ad scribendū: sic intentio recta dirigit nr̃as operationes in finem debitū. ideo subdit̃. (Si ocul⁹ tuus fuerit simplex) Ly. i. intentio tua recta (totū corpus tuū). i. congeries operationū tuarū. (lucidū erit). i. meritorium vite eterne. (Si aūt nequā fuerit). i. intentio puersa. (etiā corp⁹ tuū tenebrosum erit) Ly. i. cōgeries operationū tuarū mala erit. q2 opus bonū malū efficit̃ peruersa intētione: sicut cū aliqs dat elemosynā paupcule mulieri intentione trahēdi eā ad petm̄ luxurie. (Uide ergo ne lumē qd in te est tenebre sint). Ly. i. diligēter attēde ne intētio tua q̄ lumē aie ē sit puersa. q2 p hoc corrūperent̃ oīa bona opa (Si ergo corp⁹ tuuz lucidū fuerit nō hñs aliquā ptē tenebrarū) Ly. tū ex bonitate intētiōis: tū ex bonitate opis. (erit lucidū totum) q2 oīa cadēt ad vite eterne meritū. (⁊ sicut lucerna fulgoris illumiabit te). Ly. in presenti per gratiā ⁊ in

futuro per gloriam.

¶ Aliud euãgeliũ de cõfessoribus scdm Lucam. xix.



In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc. Homo quidã nobilis abijt in regionẽ longinquã accipere sibi regnũ ⁊ reuerti Uocatis aũt decem seruis suis: dedit illis decẽ mnas. ⁊ ait ad illos. Negociamini dum venio Ciues aũt ei⁹ oderant illum ⁊ miserũt legationẽ post illũ dicẽtes. Nolumus hũc regnare sup nos. Et factũ est vt rediret accepto regno: ⁊ iussit vocari seruos suos q̃b⁹ dedit pecuniã: vt sciret quãtũ q̃sq̃ negociat⁹ esset. Uenit aũt p̃mus dicens. Dñe mna tua: decem mnas acq̃siuit. Et ait illi. Euge serue bone: q: in modico fuisti fidelis, eris ptãtẽ habens sup decẽ ciuitates. Et alter venit dicens. Dñe mna tua fecit q̃nq̃ mnas: ⁊ huic ait. Et tu esto sup quinq̃ ciuitates. Et alter venit dicens. Dñe ecce mna tua quam habui repositam in sudario. Timui eni te quia homo austerus es: tollis qđ nõ posuisti. ⁊ metis qđ nõ seminasti. Dixit ei. De ore tuo te iudico serue nequam. Sciebas q: ego hõ auster⁹ sum tollens qđ nõ posui: ⁊ metẽs qđ nõ seminaui. Et quare nõ dedisti pecuniã meã ad mensam ⁊ ego veniens cum vsuris vtiq̃ exegissem illam. Et astãtib⁹ dixit. Auferte ab illo mnã ⁊ date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt illi. Dñe decem mnas habet. Dico autẽ vobis quia omni habenti dabitur ⁊ abundabit. ab eo aũt q̃ nõ habet: ⁊ quod habet auferetur ab eo. ¶ Postilla.

¶ Homo q̃dã nobilis abijt ĩ regionẽ ⁊c. Luce. xix. Ante initiũ illi⁹ euãge. scribit sctũs Lucas in eodẽ capi. q xps dixit. Uenit fili⁹ hoĩs q̃rere ⁊ saluũ facere qđ peri erat. Tunc postmodũ sequit̃ euãgeliũ hodiernũ (Homo quidã nobilis). Ly. i. iesus xps hõ nat⁹ scđz carnẽ de semine dauid regis. (abijt in regionẽ lõginquã) Ly. i. ad celũ empireũ p suã ascensionẽ. (accipe regnũ) sup ordines angeloꝝ. (⁊ reuerti). s. i fine mũdi ad iudiciũ. tũc eni oĩb⁹ manifestabit̃ regnũ ipi⁹. (Uocatis aũt decẽ suis suis) idest fidelibus vniuersis (dedit illis decem mnas. (Lyra. vniuersitatem donoꝝ suorum diuersimode tamẽ q: dedit vniciuq̃ plus vel minus

scdm propriā virtutem.(Et ait ad illos.negociamini dū venio)Lyra quia tēpꝰ meriti currit vsq; in diē iudicij in quo tpe deus dat dona sua ad hoc ꝙ multiplicent̄ ꝑ fructus bonoꝝ operū.(Ciues autē eiꝰ oderāt eū)Ly.Ciues illi sunt in dei qui pro maiori parte in odiū xpi sunt firmati.(ꝛ miserunt legationē post illū dicētes. Nolumꝰ hunc regnare sup nos)quia post ascensionē xpi ad celos iudei conati sunt destruere fidem catholicā in qua icipit regnū xpi qd̄ cōplebitur ꝛ manifestabit̄ in fine mundi.(Et factū ē vt rediret)sc; ad generale iudicium.(iussit vocari seruos suos quibus dedit pecuniam vt sciret quantū quisq; esset negociatus)Lyra.q2 oportebit oēs apparere ante iudicem ad reddendum de oībus acceptis ab eo rō̄nē.Ro.xiiij.(Uenit aūt primus dicens. Dn̄e mna tua decē mnas acquisiuit.)quia tunc electi de suis meritis securi parati erunt astare iudici.(Et ait illi. Euge serue bone q2 in modico fuisti fidelis)Ly. q2 bona tpalia ꝛ etiā spūalia que habent̄ in vita p̄nti modica sunt respectu bonoꝝ celestiū:que expectant̄ in futura vita.(eris potestatē habens sup decē ciuitates). Ly.i.gaudebis de fidelitate oium qui per doctrinā tuā vel exemplū vite tue cōuersi sunt ad bonū.(ꝛ alter venit dicens. dn̄e mna tua). Glo.i.grā tua.(fecit quīq; mnas ꝛ huic ait.ꝛ tu esto sup quinq; ciuitates)Glo.i.sup illos quos tua p̄dicatiōe vel exēplo tuo cōuertisti.(sed tertius venit)Ly.quia lic; mali reformidēt venire ad conspectum iudicis:tamē oportebit eos ibidē representari.(dicēs.Dn̄e ecce mna tua quā habui repositam in sudario)Ly.mna reposita in sudario significat donū dei a bonis opibus ociosuꝫ.(timui eni te)Ly. Iste timor nō est nisi pusillanimitas bene agendi)q2 hō austerꝰ es) Ly.licet eni modo sit tēpus mie: in iudicio tamē erit tēpus rigoris ꝛ iusticie.(tollis qd̄ nō posuisti:ꝛ metis qd̄ nō seminasti).Ly. quia a p̄latis ecclesie nō solū requirunt̄ bona in ꝓprijs psonis:sed in subditis eoꝝ quos tenent̄ inducere ad bonū.(dicit ei.De ore tuo iudico te serue nequā).Glo.stulticia magna est pctm̄ ꝓpriū excusare. sciebas q2 ego hō austerus sum. Glo.si me durū noueras: quare cōmendatū tibi timorē nō incussit vt scires me diligētius quesiturū. (tollēs qd̄ nō posui:ꝛ metens qd̄ nō seminaui).Glo.requirit enim deus bona opera etiā ab eis.q̄bus nō dedit grām operādi.nec tn̄ deꝰ hoc faciēdo iniuste agit.q2 ꝛ si illi nō recipiunt:ipe tn̄ paratꝰ fuit dare grām.(ꝛ quare nō dedisti pecuniam meā).i.dona mea.(ad mēsā) idest ad lucrū.(ꝛ ego veniens).s. ad iudiciū pticulare.i. ad mortem hoīs.(cū vsuris exegissem eam).i. cū lucro.(Et astātibꝰ dixit)Glo: idest angelis:qui deo iudicanti sp

assistūt (Auferte ab eo mnā). id est gratiā (7 date illi q̄ decē mnas habet) Glo. auget eīm gratia in eo q̄ in ea laborat. Autor opeꝝ. theo. veri. li. iij. c. vij. sic. d. Ne aūt aliqd bonū pereat illa bona opera que q̄s peccando mortificat alijs saluādis dabūtur. Sicut qū corporali morte q̄s morit̄ f̄res 7 ppinqui in bonis succedūt. vnde Job. xxvij. c. Si cōportauerit q̄si terra argentū: 7 sicut lutū preparauerit vestimēta. preparabit quidē: s3 iustus vestiet̄ illis: 7 argentū innocēs diuidet (Et dixerūt ei). s. angeli (Dn̄e habet decē mnas). q. d. satis habet (dico aūt vob qꝛ oī habēti) Glo. 7 illo bene vtēti (dabitur). s. incrementū eius qd habet. (7 abūdabit). s. in futuro. qꝛ scd̄m aplm̄. oculus non vidit nec auris audiuit: nec in corde hoīs ascēdit q̄ pparauit de⁹ diligentibus se. (Ab eo autē q̄ nō habet). s. vsum doni collati: sicut ille piger seruus fuit. (7 qd h3). i. ipsū3 donū (auferetur ab eo) Glo. dare habēti fuit mihi cordie: auferre nō habēti iusticie.

¶ Aliud euāgeliū de cōfessoribus. Scd̄m Matheū. xxv.



In illo tp̄e. Dixit ih̄s discipl'is suis parabolā3 hanc. Homo q̄dā peregre proficiscēs vocauit seruos suos: 7 tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinq3 talēta. alij autē duo. alij vero vnū: vnicuiq3 secundū ppriā virtutē. 7 pfect⁹ est statim. Abijt aūt. qui quinq3 talēta acceperat 7 operat⁹ est in eis: 7 lucrat⁹ est alia q̄nq3. Similiter q̄ duo acceperat lucratus est alia duo. Qui aūt vnū acceperat: abijt 7 fodit in terrā: 7 abscōdit pecuniā dn̄i sui. Post multū vero tēporis: venit dn̄s illoꝝ seruoꝝ: 7 posuit rationē cū eis. Et accedēs q̄ quinq3 talēta acceperat: obtulit alia quinq3 talenta dicens. Dn̄e quinq3 talēta tradidisti michi: ecce alia quinq3 superlucrat⁹ su3. Ait illi dn̄s ei⁹. Euge serue bone 7 fidelis: qꝛ sup pauca fuisti fidelis: sup̄ multa te constituam: intra in gaudiū dn̄i tui. Accessit aūt 7 qui duo talēta acceperat: 7 ait Duo talenta tradidisti michi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dn̄s eius. Euge serue bone 7 fidel: qꝛ sup pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituā: intra in gaudiū dn̄i tui. ¶ Postilla. ¶ Homo quidā peregre pficiscēs. 7c. Mathei. xxv. Dicto ia3 hui⁹ euāgelij locutus est dn̄s ih̄s

r

xps anno eius. xxxiij. xi. kl. April feria. iij. luna. xij. inditiōe. vi. Ante initiū illi⁹ euāgelij scribit sanct⁹ Math. in eodē ca. q xps dixit discipul' suis. Vigilate q: nescitis diē neq horā. Lūc statī sequtur euāg. hodi. (Homo quidā peregre pficiscēs) Ly. homo ille est ihs xps: q quis sm diuinitatē nō possit pficisci de loco ad locū: q: sic est vbiq: sed tm sm humanā naturā peregre profect⁹ est qn ascēdit in celū. (vocauit suos suos) Gor. eo cen do eos in esse nature (z tradidit ill' bona sua) Ly. s. bona nature. bona gre. bona oscietie z sapie. bona potētie. bona opulentie. Et dicūtur taleta: q: per bonū vsū taliū pōt qlibet sibi accipere celeste premiū (vni dedit qnq taleta: alij duo: alij vo vnū. vnicuiq sm ppriā virtutē: z pfect⁹ est statī) q: xps sm humanitatē mutauit locū celū ascēdens (Abijt aūt qui qnq taleta accepat z lucrat⁹ est alia qnq) Ly. q: ista taleta mltiplicauit bene vtēdo pdictis donis ad sui pfectionē z pximi edificationē. (Similiter q duo taleta acceperat). i. aliq ex pdictis donis (lucrat⁹ est alia duo) Gor. z attēdit illud lucrū in merito quo ad se: z in edificatione quo ad pximū: z sic duplicat bonū acceptū (q aūt vnū accepat abijt z fodit in terrā z abscōdit pecuniā dñi sui) Ly. ille abscondit in terra q predictis donis vtit ad mūdi gliam z tpale lucrū seu questū. (Post multū vero tpis) Ly. q: lōgū tps ē ab ascēsione xpi ad celū vsq ad aduentū ei⁹ ad iudiciū (venit dñs) Gor. per semetipm: nō p vicariū (seruoz illoz) q̄bus bona sua ɔmisit (z posuit rōnem cū eis) vt p3 Luce. xvi. Redde rōnem vilicatiōis tue. Ly. q: tunc districte exiget rōnez de bonis ab eo collatis (Et accedēs q quinq taleta acceperat obtulit alia qnq taleta: dicēs. Dñe quinq taleta tradidisti michi ecce alia quinq superlucrat⁹ su3) Gor. i. multiplicata sunt merita ex gra tua z vsu liberij arbitrij (Euge serue bone z fidel) qrens in suis actib⁹ dñi gloriā z nō ppriam laudē (q: sup pauca fuisti fidelis) Ly. oia bona in hac vita hōi collata pauca sunt respectu bonoz glie (supra multa te ɔstituā) q: in celo confert hōi bonū infinitum. (intra in gaudiū dñi tui) Gor. vt sit ex omi parte gaudiū. sursum ex visione dei. deorsū ex ɔsideratione inferni. interius ex glia ɔsciētie. exteri⁹ ex decore omis creature. (Accessit aūt z q duo taleta acceperat z ait. Dñe duo taleta tradidisti michi: ecce alia duo lucratus su3) Gor. duplicādo bona. s. bonū sapiētie a me diffūdēdo in proximū perverbū pdicatiōis Bonū operationis a me diffundēdo in pximū per exēplum edificationis (Ait illi dñs ei⁹. Euge serue bone z fidelis sup pauca fuisti fidelis: supra mlta te ɔstituam: intra in gaudiū dñi tui) de quo di. Bern. in li. de cōsideratione. Qualis putas tunc erit

splēdo: aiaꝝ q̄n solis splēdorē habebit lux corpoꝝ. nulla em̄ ibi tristicia. nulla āgustia nullus dolor. nullus timor. nullus ibi labor. nulla mors: sed perpetua sanitas semper perseuerabit.

¶ Aliud euāgeliū de confessoribus. Scd̄m Math. xxiiij.



In illo tp̄e. Dixit ih̄s di. su. Vigilate: q2 nescitis q̄ hora dn̄s vester vētur⁹ sit Illud autē scitote: q̄m si sciret p̄rfamilias q̄ hora fur vētur⁹ esset: vigilaret vtiq3 ꝛ nō sineret perfodi domū suā. Ideo ꝛ vos estote parati: q2 nescitis q̄ hora fili⁹ hominis vēturus est. Quisputas est fidelis seru⁹ ꝛ prudēs quē cōstituit dn̄s sup familiā suā: vt det illis cibū in tp̄e. Beat⁹ ille seruus: quez cū venerit dn̄s ei⁹ inuenerit sic facientē. Amē dico vobis: super om̄ia bona sua cōstituet eum.

¶ Postilla.

¶ Vigilate q2 nescitis q̄ hora ꝛc. Math. xxiiij. Hec v̄ba euāgelij locut⁹ est dn̄s ih̄s anno ei⁹. xxxiij. xi. kl̄. April. feria. iij. luna. xij. indictiōe. vi. Ante initiū illi⁹ euāg. scribit sanct⁹ Math. in eodē ca. Celū ꝛ terra trāsibūt: verba aūt mea nō trāsibūt. Tūc sequit̄ euāge. hodi. (Vigilate: q2 nescitis q̄ hora dn̄s vester vētur⁹ sit) Gor. s. ad mortē cuiuslibet hoīs. vt p3 Eccli. x. Nescit homo finē suū. ꝛc. (Hoc autez scitote q̄m si sciret p̄rfamilias q̄ hora fur vēiret) Gor. i. mors q̄ fur dicit̄ ꝓpter improuisuz aduentū. vt p3 Apoca. iij. Veniā tibi tanq̄ fur (vigilaret vtiq3) ne i pc̄to mortali moreret̄. q2 mors pctōꝝ pessima (ꝛ nō sineret pfodi domū suā) Gor. i. cū violētia aiam a corpore extrahi: s3 spōte exire. Vn̄ Chriso. Qn̄ aie peccatrices in corpore q̄si in ꝓpo domicilio delectant̄: veniens cū sentētia dei angelus morti s pfodit corpus ꝛ aiam violēter auellit. Aie aūt iuste q̄ quasi in exilio ibi sunt: veniēte sentētia nō pfodiunt̄: sed reuertūtur gaudētes. (Ideoq3 ꝛ vos estote pati). s. sine macula cordis (q2 q̄ hora nō putatis fili⁹ hoīs vēturus est) Gor. s. ad iudiciū pticulare in morte (q̄sputas est fidel' seru⁹ ꝛ prudēs quē cōstituit dn̄s sup familiā suā). i. in officij sui susceptiōe (vt det illis cibū in tp̄e) Gor. triplicē cibū. verbi. exēpli. ꝛ tpalis subsidij. vel p3 Ly. i. auxiliū ad qd̄ qlibet tenet̄. vn̄. Eccle. xxvij. Cuilibet mādauit de⁹ de ꝓximo suo (beat⁹ ille seru⁹: quē cū venerit dn̄s ei⁹) Ly. q̄rens in morte rōnez sui s̄uitij (inuenerit sic faciētē. Ly. in actib⁹ charitatis se exercētē. q2 p talia meret̄ eternā btitudinē (Amē dico vob̄ sup oia bo. sua cō. eū) q2 btitudo est stat⁹ oīm bonoꝝ aggregatōe pfect⁹.

vt dicit in libro de ɔsolatiōe phie Boe. Bona pñtia sunt particula/ria ⁊ imperfecta: sȝ bona celestia sūt bona cōmunia ⁊ pfecta. Nūc eniȝ ex parte cognoscimus: ex parte diligim⁹: sȝ tūc in futuro perfecte.

¶ Incipiūt euangelia de virginibus. Scōm Math. xiij.



In illo tpe. Dixit ihesus discipulis suis parabolam hāc. Simile est regnū celorū thesauro abscōdito i agro: quē qui inuenit homo abscondit: ⁊ pre gaudio illius vadit ⁊ vēdit vniuersa q̄ habet ⁊ emit agrū illū. Iteꝝ simile est regnū celoꝝ homini negociatori quereti bonas margaritas. inuēta aūt vna pciosa margarita abijt ⁊ vendidit vniuersa q̄ habet ⁊ emit eam. Iteꝝ simile est regnū celoꝝ sagene misse i mare ⁊ ex omi genere piscium cōgreganti. quā cū impleta esset: educētes ⁊ secus littus sedētes: elegerūt bonos in vasa sua malos aūt foras miserūt. Sic erit in cōsūmatiōe seculi. Exibūt ágeli ⁊ separabūt malos de medio iustoꝝ: ⁊ mittēt eos in caminū ignis: ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. Intellexistis hec omīa. Dicūt ei. Etiā. Ait illis. Ideo omīs scriba doct⁹ in regno celoꝝ simil' est homini patrifamilias q̄ profert de thesauro suo noua ⁊ vetera.

¶ Postilla.

¶ Simile est regnū celorum. Mathei. xiij. Historia hui⁹ euāgelij facta est in aprili āno xpi. xxxiij indictione. vi. Ante initiū illi⁹ euangelij scribit sanct⁹ Matheus in eodē ca. q xps dixit. Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eoꝝ. Lūc postmodū sequit euāgeliū hodiernū.) Simile est regnū celoꝝ thesauro abscōdito in agro) Boz. ad laudem vginū exponit parabola ista. Sic thesaurus in agro est virginitas i carne. Corin. iiij. Habem⁹ thesauꝝ istū in vasis fictilib⁹. Un Augu. facite qđ potestis ne vginitatis bouū a te pereat: cui facere nō potestis vt redeat. Uel scōm Grego. Thesaur⁹ est celestis regni desideriū (quē qui inuēit homo abscōdit: ⁊ pre gaudio illi⁹ vadit) pedib⁹ mētis ipm affectādo (⁊ vendit vniuersa q̄ hȝ). s. tpalia contēnēdo. vt pȝ Mathei. xix. Si vis pfect⁹ esse vade ⁊ vēde oia q̄ habes ⁊ da pauperib⁹ (⁊ emit agrū illū) Boz. totaliter celestibus inhiādo (Iteꝝ simile est regnū celoꝝ homini negociatori q̄renti bonas margaritas). i. dulcedinē vite celestis. (Inuēta aūt vna pciosa margari/

ta). Go.i.xp̄m. Et scd̄m hoc xp̄s dicit margarita. sicut ei nascit̄ margarita ex roze celesti cōcha maris se aperiēte. sic xp̄s virtute spūs sā cti in maria consentiēte. Isa. xlv. Rorate celi desup ꝛ nubes pluant iustū: aperiat̄ terra ꝛ germinet saluatorē (abijt ꝛ vendidit oīa q̄ habuit) Go. per cōtemptū terrenorū. ad philip. iij. Oīa arbitror vt stercora: vt xp̄z lucrifaciā (ꝛ emit) per conatū ꝛ desideriū eternoꝝ. vt patz philip. j. desideriū habēs dissolui ꝛ esse cū xp̄o (Iterꝝ simile est regnū celoꝝ) Ly. id est stat⁹ ecclesie militātis (sagene misse in mare) Go. i. doctrine diuulgate in mundū. (ꝛ ex omī genere pisciū) Go. id est hominū (congregāti). scilz bonoꝝ ꝛ maloꝝ: paupeꝝ ꝛ diuitum: iuuenū ꝛ senū (quā cum impleta esset) Go. qd̄ erit in fine seculi qn̄ implebit̄ numer⁹ electoꝝ. (educētes ꝛ secus littus sedētes elegerūt bonos i vasa sua: malos āt foras miserūt. Sic erit in ɔsūmatione seculi) Ly. sicut eñ nō distinguūtur boni pisces a mal' q̄diu sagena est intra aquam: sic in ecclia pn̄ti admixti sūt mali cū bonis: sz in fine mūdi sagena trahet̄ ad litt⁹ per aptū iudiciū. q2 tūc erūt manifesta abscōdita cordiū. ꝛ tunc. s. in iudicio (exibūt āgeli ꝛ separabunt malos de medio iustoꝝ. ꝛ mittent eos in caminū ignis. ibi erit flet⁹ ꝛ stridor dentiū) flet⁹. s. ꝑpter ardorē: ꝛ stridor dentiū ꝑpter frigus. (Intellexistis h' oīa. Lyra. q. d. ad vos ptinet intelligere q̄ alios debetis docere viā salutis. (Dicūt ei etiā. Ait illis. Ideo oīs scriba) Uñ Aug. Apl̄i sūt scribe ꝛ notarij xp̄i verbū dei signātes in tabulis cordis (doctus). i. litterat⁹ ꝛ a deo inspirat⁹ (in regno celoꝝ). i. in ecclesia militāte (simil' est hōi p̄rifamilias) Ly. q2 sicut p̄rfamilias h3 pascere filios pane corporali: sic iste paruulos fidei pane spūali (q̄ profert de thesauro suo) Ly. i. de sciētia in corde abscōdita (noua ꝛ vetera) id est auctoritates ꝛ processus veteris ꝛ noui testamenti.

¶ Aliud euāgeliū de virginibus. Scd̄m Matheū. xxv. c.



In illo tp̄e. Dixit ihs discipl'is suis parabolā hāc. Simile est regnū celoꝝ decē virginib⁹: q̄ accipiētes lampades suas exierūt obuiā spōso ꝛ spōse. Quinq3 aūt ex eis erāt fatue: ꝛ quinq3 prudētes. Sed quinq3 fatue acceptis lāpadib⁹: nō sumpserūt oleū secū. Prudētes vero: acceperūt oleū in vasis suis cū lāpadib⁹ Morā aūt faciēte spōso: dormitauerūt oēs ꝛ dormierūt. Medi a aūt nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obuiā ei. Tunc surrexerunt

oẽs virgines ille: ⁊ ornauerũt lãpades suas. Fatue aũt sapientib⁹ dixerũt. Date nobis de oleo vestro: qꝛ lãpades nostre extinguunt. Respõderũt prudẽtes dicẽtes. Ne forte nõ sufficiat nobis ⁊ vobis: ite poti⁹ ad vendentes ⁊ emite vobis. Dũ aũt irẽt emere venit sponsus: ⁊ que parate erãt intrauerũt cũ eo ad nuptias: ⁊ clausa est ianua. Nouissime veniunt ⁊ reliq̃ virgines dicẽtes. Dñe dñe aperi nobis. At ille respõdens: ait. Amẽ dico vobis: nescio vos. Uigilate itaqꝫ: quia nescitis diem neqꝫ horam.

¶ Postilla.

¶ Simile est regnũ celoꝝ decẽ. ⁊c. Mathei. xxv. Historia hui⁹ euãgel. facta est ãno xpi. xxxiij. xi. Kl. Aprilis. fer. iij. luna. xij. inditõe vi. Añ initiũ illi⁹ euãg. scribit sanct⁹ Math. in. xxiiij. c. Si em̃ malus seru⁹ dixerit in corde suo: morã facit dñs meus venire: ⁊ ceperit pcutere conseruos suos. mãducet aũt et bibat cũ ebriis. Ueniet dñs hui⁹ illi⁹ in die q̃ nõ sperat ⁊ hora q̃ ignorat ⁊ diuidet eũ. s. separãdo aiaꝫ a corpe in morte ipi⁹. ptẽqꝫ ei⁹ ponet cũ ypocritis. i. cũ falsis xpiãis sepãdo eũ a beatis ⁊ cõiũgendo ipsũ cũ dãnatis. ibi erit fletus ⁊ stridor dẽtiũ. Tũc statiꝫ se. euãge. ho. (Sile est re. ce. decẽ ỽginib⁹) Ly. i. ecclia militãs q̃tũ ad statũ cõtẽplatiuũ (decẽ virgibus). i. cõtẽplatiuis. Ly. virginitas em̃ significat vitã cõtẽplatiuã. qꝛ sicut castitas eleuat mentẽ a carnalib⁹ ⁊ dispõit intellectũ ad contẽplationẽ veritatis. sic econtrario luxuria depmit mentẽ ⁊ causat hebetudinẽ intellect⁹. ⁊ sic reddit hoiem q̃si bestialẽ ppter qḋ dr. j. Ethi. Uita voluptuosa vocat vita pecudũ (q̃ accipiẽtes lãpades suas) Gor. acceptio lãpadũ est ostẽsio opeꝝ vt sint aliis in exẽpluꝫ (exierũt obuiã spõ.) i. xpo (⁊ spõse). i. ecclie. (Quinqꝫ aũt ex eis erãt fatue ⁊ q̃nqꝫ prudẽtes) Ly. ỽgines em̃ prudẽtes sunt cõtẽplatiui seu religiosi: q̇ opera sua bona ad finẽ debitũ ordinauit. s. pncipalr ad gl̃am dei ⁊ salutẽ ppriã ⁊ ad edificationẽ pximi. Ecõtrario fatue virgines dicũt q̇ propriã gloriã ⁊ fauorẽ hoim querũt in suis bonis opib⁹. ⁊ merito dicunt fatue: qꝛ bona opa sua pdũt ppter defectũ intẽtõis recte (sꝫ q̇n qꝫ fatue acceptis lãpadib⁹) Gor. i. opibus de gñe bonoꝝ (nõ sũpserũt oleũ secũ) in quo signat charitas. Sicut em̃ oleũ natat sup oẽs liquores: sic charitas sup oẽs virtutes (prudẽtes vero sũpsert oleũ secũ in vasis suis). i. charitatẽ. (cũ lãpadib⁹). i. cũ opib⁹ suis. q. d. ex charitate pfecerũt opa sua bona. (morã aũt fa. spõ. dor. oẽs ⁊ dor.) Mora ista est decursus tpis ab ascẽsione xpi vsqꝫ ad diẽ iudicii: qḋ

tps propter lõgitudinẽ vocaẽ mora. Iã em̃ durauit p mille q̃dringẽtos ⁊ nonagintaseptẽ annos: ⁊ re siduũ est nob̃ incertũ. In hoc aũt tp̃is iteruallo moriunt̃ oẽs hoĩes tã boni q̃3 mali. q̃ quidẽ mors de signat̃ hic p dormitionẽ. q2 ita facilit̃ excitabunt̃ a morte p xp̃m ad iudiciũ venientẽ sicut hõ excitat aliũ hoiẽ3 dormiẽtẽ. (Media aũt nocte) Ly. nõ intellr̃ p hoc q̃ iudiciũ extremũ sit celebradũ de nocte sed de die. vñ. Corin. iij. Dies dñi declarabit. ⁊c. S3 q2 tp̃s iudicij est nob̃ occultũ: ideo h̃ signat̃ p mediã noctẽ. q2 illa q̃ fiũt media nocte sũt hoĩbus occulta (clamor factus ẽ) Ly. i. vox xp̃i vel ãgeloꝝ ad vocandũ mortuos ad iudiciũ (tũc surrexerũt oẽs virgines ille) Ly. q2 oẽs resurgẽt bõi ⁊ mali vt apparẽant ĩ iudicio xp̃i (⁊ ornauerũt lãpa. su.) Gor. i. apud se cogitauerũt opa sua pro q̃bus remũerationẽ expectabãt. Vñ Greg. Ornãt lãpades q2 apud se sua opa numerãt pro q̃bus eternã btitudinẽ recipere sperauerũt. (fatue aũt). s. virgies (sapientibus dixerũt. date nob̃ de oleo vro q2 lãpades nr̃e extigunt̃) ista petitio vana ⁊ rñsio negatiua signãt q̃ nullus poterit ad aliũ q̃cũcq3 iustũ recurrere pro auxilio. nec aliq̃s q̃cũcunq3 iustus poterit aliũ iuuare: s3 sibi soli sufficiet iusticia sua. Vñ hiero. In futuro vnusq̃sq3 pro opibus suis mercedẽ accipiet. Nec pñt in die iudicij alioꝝ virtutes alioꝝ vitia subleuare. Et hoc est qd̃ subdit̃ (ne forte nõ sufficiat nob̃ ⁊ vob̃ ite poti9 ad vẽdẽtes ⁊ emite vob̃) Vñ Amb. vendũt oleũ qui adulãdo aĩas in errorem mittũt. de quo d̃r in ps. cxl. Oleũ aũt pctõris nõ impinget caput meũ. ⁊c.) Dũ aũt irẽt emere venit sp̃osus). i. xp̃s: ad remuneratiõnẽ bonoꝝ (⁊ q̃ pate erãt) Ly. p bona opa in charitate facta (intrauerũt cũ eo ad nuptias). i. ad celestẽ gloriã (⁊ clausa est ianua) Gor. ianua inq̃t mie ad indulgendũ: q̃ modo oibus apitur. Janua glie ad intrãdũ que mõ oibus pẽitentib9 reseratur (nouissime). i. nimis tarde (veniũt ⁊ reliq̃ virgines dicẽtes. Dñe dñe aperi nob̃) Ly. p hoc q̃ vocãt eum dñm: significat̃ q̃ crediderũt in xp̃m (At ille rñdens ait: amẽ dico vob̃ nescio vos) Ly. s. noticia approbatõis q̃ soli electi a deo cognoscunt̃ (vigilate itaq3) Gor. s. anteq̃ veĩat sp̃os9 (q2 nescitis diẽ neq3 horã). s. mortis vestre.

¶ In festo corporis christi. Euangeliũ. Scḋm Joh. vi.



In illo tp̃e Dixit ih̃s turbis iudeorũ. Ego sum panis viu9 q̃ de celo descẽdi. Si q̃s mãducauerit ex hoc pane: viuet in eternũ. ⁊ panis quẽ ego dabo caro mea ẽ p mũdi vita Litigabãt ergo iudei ad inui

ce:dicētes; Quomō potest hic dare nobis carnē suā ad māducandū. Dixit ergo eis ihs. Amen amē dico vobis. nisi manducaueritis carnē filij hoīs: et biberitis ei⁹ sanguinē: nō habebitis vitā in vobis. qui mā ducat meā carnē ⁊ bibit meū sanguinē: habet vitā eternam Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die. ¶ Postilla.

¶ Ego sum panis viuus q̄ de celo descēdi. ꝛc. Joh. vi. Hec vba sancti euāgelij de seipso locut⁹ est dñs ihs xp̄s anno ei⁹. xxxij. xvi. kl' May. feria. iij. luna. xxiiij. in itio ōe. v. Ante initiū illius euāgelij scribit sant⁹ Johānes in eodē ca. ꝙ iudei murmurabāt de illo ꝙ xp̄s dixit. Ego sum panis viuus q̄ de celo descēdi. ⁊ dicebāt. Nōne hic est ihs fili⁹ ioseph cui⁹ nos nouimus patrē ⁊ matrē. Quō ergo dicit hic qꝛ de celo descēdi. Respōdit eis iesus ⁊ dixit. Nolite murmurare inuicē. nemo pōt venire ad me: nisi pater q̄ misit me traxerit illū. Tūc postmodū seq̄tur euāgeliū hodiernū (Ego sum panis viu⁹) Lho. viuificās comedentē. Iste em̄ cib⁹ siue panis in manducantē nō conuertit: sꝫ eū in se cōuertit. sicut dictū est beato Aug. Nec tu me mutabis in te sicut cibū carnis tue: sed tu mutaberis in me (qui de celo descendi). Lho. vt essem panis hominū qui erā panis angeloꝝ. Un̄. in ps. lxvij. Panē angeloꝝ māducauit homo (Si q̄s manducauerit ex hoc pane viuet ineternū) in p̄senti per grām ⁊ in futuro p̄ gloriam (⁊ panis quē ego dabo caro mea est pro mūdi vita) Lho. bene dicit pro mūdi vita: qꝛ vtilitas huius sacramēti est nō solū ipsius sumētis ⁊ celebrātis: sꝫ cōmunis totius ecclie: qd̄ nō ꝯtingit in alijs sacramentis. nā baptismus solū p̄dest suscipiēti. eucharistia ꝟo nō solū celebrāti: sed etiā oībus pro quibus orat ⁊ q̄ sunt de corpore ecclie: siue sint viui siue defuncti. Et ratio est: qꝛ in alijs sacramētis ꝯtinet virtus ⁊ efficatia vbi incarnati. hic aūt ꝯtinet ipse xp̄s fons ⁊ plenitudo sāctitatis. ⁊ ideo plus excedit se virt⁹ eius (Litigabāt ergo iudei ad inuicē dicētes. Quō h̄ potest nob̄ dare carnē suā ad māducandū) Lho. Litigatio erat de hoc ꝙ carnē suā panē dixerat. Intelligebāt em̄ ꝙ caro sit dentibus lacerāda: ⁊ ideo reputāt hoc ipossibile ⁊ incōueniens (dixit ergo eis ihs Amē amē dico vob̄ nisi māducaueritis carnē filij hoīs) Ly. sicut em̄ in vita corporali cibus est necessari⁹ ad vitā ꝯseruandam: ita in vita sp̄uali hoc sacramentū est necessariū: qꝛ est vite sp̄ualis ꝯseruatiuū. quia sicut baptismus est quedā regeneratio spiritualis: ita eucharistia est quedaꝫ spiritualis nutritio. (⁊ biberitis eius sanguinē: nō habebitis vitam in vobis)

Ly. nō est intelligendū q̄ hoc sacramentū sub vtraq̄ specie fideli bus sit exhibendū: sed tm̄ hoc nō a sacerdotib⁹ est sumendū. lʒ enim in p̄mitiua ecclesia ppl's sub vtraq̄ specie cōicaret: tm̄ postmoduʒ puide ordinatū est vt ppl's nō cōmunicet sub specie vini ppter periculū effusionis. Et etiā q̄ scōm beatū Tho. de aquino in. iiij. dis. x. ppter naturalem cōcomitantiā sub vtraq̄ specie. s. panis ꝛ vini est tot⁹ xp̄s. Ergo qui cōicat corpori: cōicat ꝛ sāguini: cū sub vtraq̄ specie totus xp̄us continet̄. scʒ scōm corpus aīaʒ ꝛ deitatē. (Qui mādūcat meā carnē ꝛ bibit meum sanguinē (supple digne. (habet vitam eternā) Ly. q̄ habet deū inhabitantē: qui est vita eterna. (ꝛ ego resuscitabo euʒ in nouissimo die) Tho. q̄tū ad gl'iaʒ corpis.

¶ Sequit̄ euangeliū pro defunctis qd̄ legit̄ p̄nte funere aut in depositione defunctorū scōm Johēm. xj.

In illo tpe. Dixit martha ad iesum. Dn̄e si fuisses hic frater meus n̄ fuisset mortuus. ſʒ ꝛ nūc scio q̄ q̄cūq̄ poposceris a deo dabit tibi deus Dixit ei ih̄s. Resurget frater tu⁹. Dixit ei martha. Scio q̄ resurget in resurrectiōe in nouissimo die. Dixit ei ih̄s. Ego sum resurrectio ꝛ vita. qui credit in me etiā si mortuus fuerit viuet. ꝛ oīs qui viuit ꝛ credit in me nō morieт̄ in eternum. Credis hoc. Ait illi. Utiq̄ dn̄e: ego credidi q̄a tu es xp̄us filius dei viui qui in hunc mūdum venisti. ¶ Postilla.

¶ Dixit martha ad iesuʒ. domine ꝛc. Joh. xj. Historia huius euāgelij facta est anno xp̄i. xxxiij. v. pdus Martij. feria. vj. luna. j. in ditione. vj. Ante initiū illius euāgelij scribit sctūs Johānes in eodem capi. q̄ xp̄s dixit discipl'is suis. Lazar⁹ mortuus est: ꝛ gaudeo ppter vos vt credatis q̄ nō eraʒ ibi: sed eamus ad eū. Uenit itaq̄ iesus ꝛ inuenit eum q̄ttuor dies in monumēto habētē ꝛc. Tūc sequitur euāgeliū illud. (Dixit martha ad iesum. Dn̄e si fuisses hic frater me⁹ nō fuisset mortu⁹) Tho. q. d. tu es fons vite. ergo mors nō habuisset locū in p̄ntia tua. (ſʒ ꝛ nūc scio) licet frater me⁹ sit mortu⁹ ꝛ sepult⁹: fide certa teneo. (q̄ q̄cūq̄ poposceris a deo dabit tibi deus) q̄si. d. poteras repellēdo morté vitā cōseruare: potes ꝛ vitā perditā restaurare. Un̄ Aug. Nō dixit: rogo te vt resuscites frem meū. non eni sciebat si resurgere fr̄i suo vtile erat. (Dixit ei ih̄s. Resurget frater tu⁹) Ly. ſʒ illa itellexit hoc ō resurrectiōe futura i fine mūdi. Jō seq̄t̄



(dixit ei martha. Scio q2 resurget in resurrectiōe in nouissimo die). Tho. q. d. scio resurrectionē generalē oīum boīum futurā: ⁊ nescio vtrū de illa generali loq̄ris vel de spāli fr̄is mei. sciebat aūt de doctrina xp̄i. q2 f̄m Chriso. a xp̄o de illa generali resurrectōe audiuit vl' etiā q2 ex scripturis legis ⁊ pphetarū de illa generali resurrectione edocta fuerat. (Dixit ei iesus. Ego sum resurrectio ⁊ vita). i. causa resurrectiōis q̄tū ad corp⁹: ⁊ vita q̄tū ad aīam. (Qui credit in me) qui sum vita. (etiā si mortu⁹ fuerit). s. per pctm̄ in aīa (viuet). s. vita grē in p̄nti. (⁊ oīs q̄ viuit ⁊ credit i me nō morietᷣ in eternū). Tho. ⁊ si moriatur morte corpis q̄ est mors gehēne. (Credis hoc) Augu. Xp̄s sciens fidē ip̄i⁹ cōfessionē eius reqrit ⁊ hoc ad meritū salutis Romo. x. Corde creditᷣ ad iusticiā: ore autē cōfessio fit ad salutē. (Ait illi. vtiq3 dn̄e) supple oīa credo. (ego credidi q2 tu es xp̄s fili⁹ dei viui) Ly. sc3 naturalis. (q̄ in hūc mundū venisti). s. per carnis assumptione3.

Aliud euangeliū pro defūctis scd̄m Johem. v.



In illo tpe. Dixit ih̄s discipl'is suis. Amē amē dico vobis. q̄a vēit hora ⁊ nūc est qñ mortui audiēt vocē filij dei. ⁊ q̄ audierint viuēt. Sicut eni p̄r habet vitā in semetip̄o: sic dedit ⁊ filio vitā h̄re i semetip̄o. Et p̄ttē3 dedit ei iudiciū facere: q2 fili⁹ hoīs est. Nolite mirari hoc: q2 vēit hora i qua oēs q̄ in monumētis sūt audiēnt vocē ei⁹. ⁊ pcedēt qui bona fecerūt in resurrectionē vite. q̄ vero mala egerūt in resurrectionē iudicij.

Postilla.

Amen amē dico vobis. q2 venit ⁊c. Joh. v. Hec ⁊ sequentia euāgelia iuxta historias suas dicta sūt a dn̄o ih̄u xp̄o anno ei⁹. xxxi. xviij. Kl'. Maij. feria. iij. luna. xxiiij indictiōe. v. Añ initiū illi⁹ euāg. scribit scūs Joh. in eo. c. q2 ip̄e p̄r diligit filiū: ⁊ oīa demōstrat ei q̄ ip̄e facit ⁊ maiora his demōstrabit ei opa: ⁊ vos miremini p̄e magnitudine. q. d. vos miremini q2 sanaui paraliticū q̄ habuit. xxxviij. ānos in īfirmitate sua. s3 maiora faciā. q2 suscitabo mortuos. Tūc post modū seqᷣt euāgeliū hodi. (Amen amē dico vob. q2 vēit hora). s. i fine mūdi. (⁊ nūc ē). s. ēt i p̄nti. (qñ mortui audiēt vocē filij dei) Ly. q2 ad vocē filij aliq̄ in p̄nti sunt resuscitati: vt fili⁹ vidue. vt pat3 Luce vij. ⁊ filia archisynagogi. vt pat3 Math. ix. ⁊ etiā lazar⁹. vt p3 Joh. xj. S3 in futuro ⁊ in fine mūdi oēs resurgēt ⁊ trāsibūt de morte ad vitā. Vñ apl's. j. Cor. xv. Oēs q̄dem

resurgem⁹.(Sicut eni pr̄ h3 vitaȝ in semetipo). Sor.s.p essetiā.(sic dedit ꝛ filio vitā hr̄e in semetipo) p essentiā. ꝛ in hoc xp̄s ondit eq̄li tatē sui cū pr̄e.(ꝛ ptātē dedit ei iu-dicium facere).s.in q̄tū hō.(q: fili⁹ hoīs ē). Ly.s.ab oib⁹ visibilis in iudicio bonis ꝛ malis.(Nolite mi rari hoc.q: venit hora in q̄ oēs q̄ in monumētis sūt audiēt vocē ei⁹) hoc fit i generali resurrectiōe oiu3 hoiu3 qn̄ oēs resurgēt ad vocē ei⁹.i.ad iperiū ei⁹. Un̄ ps.lxvij. Da-bit eni voci sue voce3 virtutis.(ꝛ pcedēt q̄ bona fecerūt in resurre-ctionē vite) Ly.hoc addit ad deno tandū q̄ fides sine opib⁹ nō suffi cit ad salutē.(Qui vero mala ege-runt) Tho.i.mala acta per pniam nō emēdauerūt.(in resurrectione3 iudicij).i.in eterna3 dānationē. vt p3 Math.xxv. Ibunt hi in suppli ciū eternū.iusti aūt in vitā eternā.

¶ Aliud euangeliū pro defū-ctis scd̄m Johem.v.



In illo tpe. Di-xit ihs discipl'is suis ꝛ turbis iu deoꝝ. Sicut eni pr̄ suscitat mor-tuos ꝛ viuificat:sic ꝛ fili⁹ quos vult viuificat. Neq3 eni pr̄ iu dicat quenq̄3.s3 oē iudiciū de-dit filio:vt oēs honorificēt fili um:sicut honorificāt patrem. Qui nō honorificat filiū non honorificat prēm q̄ misit illū. Amē amē dico vobis,q: qui verbū meū audit:ꝛ credit ei q̄ me misit habet vitā eternaȝ: ꝛ in iudiciū nō venit:sed trāsit a morte in vitā. ¶ Postilla.

¶ Sicut eni pr̄ suscitat mortu os ꝛc. Joh.v. An̄ initiū hui⁹ euan gelij scribit sctūs Johānes i eodē ca. q iesus sanauit queđā infirmū q̄ habuit.xxxvij.annos in infirmi tate sua ppterea psequebāt eū iudei q: h̄ faciebat. Jesus aūt rn̄dit. pa ter me⁹ vsq3 modo opatur ꝛ ego operor. Propterea ergo magis q̄-rebāt eū iudei interficere.q: nō so lū soluebat sabbatū: sed ꝛ patrem suū dicebat deū:equalē se faciens deo. Tūc postmodū sequit̄ euāge liū illō.(Sicut eni pr̄ suscitat mor tuos ꝛ viuificat). Ly. q̄ est dīne virtutis(sic ꝛ fili⁹ quos vult viui ficat).s.p potētiā ei equalē. Un̄.j. Regū.ij. Dn̄s mortificat ꝛ viuifi-cat ꝛc. Itē Deut.xxxij. Ego occi-dā ꝛ ego viuere faciā.(Neq3 eni3 pr̄ iudicat quenq̄3). Ly.s.seorsū a filio cū sit eoꝝ vna opatio(s3 oē iu diciū dedit filio) vt p3 Act.x. Ipē ē q̄ cōstitut⁹ est a deo iudex viuoꝝ ꝛ mortuoꝝ.(vt oēs honorificēt fili um sicut honorificāt prēm) Tho. Sicut eni pater ꝛ fili⁹ sūt eq̄les in auctoritate ꝛ ptāte:sic debent esse equales in gloria ꝛ honore.(Qui nō honorificat filiū nō honorifi-cat prēm q̄ misit illū) Gor. Ratio quare pater vult filiu3 honorari.

q: honor filij ē honor p̄ris ⁊ ecõuerso. (Amē amē dico vobis q: q̄ verbū meū audit: ⁊ credit ei q̄ me misit) Ly. fide formata. (hꝫ vitam eternā) Ly. ſ. cauſaliter. q: hꝫ gr̄aꝫ q̄ facit eū dignū vita eterna. (⁊ in iudiciū nō venit). ſ. cõdēnationis. (ſed trāſit a morte) Goꝛ. i. de p̄nti vita. q̄ mors eſt. (in vitā) Ly. quia oportet ſoluere debitū nature vt veniat ad vitam glorie.

¶ Aliud euangeliū pro defūctis ſcōm Johēm. vj.



In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Omne qđ dat michi p̄r ad me veniet. ⁊ eū qui venit ad me nō eijciā foras. q: deſcēdi de celo nō vt faciā volūtatē meā: ſꝫ volūtatez eiꝰ q̄ miſit me. Hec ē eni volūtas eius q̄ miſit me p̄ris: vt oē qđ dedit mihi nō pdā ex eo: ſꝫ reſuſcitē illud in nouiſſimo die. Hec ē aūt volūtas p̄ris mei q̄ me miſit: vt ois q̄ videt filiū ⁊ credit i eū hēat vitā eternā. ⁊ ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die. ¶ Poſtilla.

¶ Omne qđ dat mihi p̄r ad me ve. ⁊c. Joħ. vj. Añ initiū illius euāgelij dixit ihs diſ. ſuis. Ego ſū panis vite. q̄ venit ad me nō eſuriet. ⁊ q̄ credit in me nō ſitiet vnquā. Tūc ſequit̄ euangeliū illud. (Omē qđ dat mihi p̄r ad me veniet) per fidē formatā. Nā fides eſt fundamentū oium meritoꝝ. (⁊ eū q̄ venit ad me) Tho. i. ad fidē ⁊ gratiaꝫ meriti. (non eijciā foras). i. nunq̄ ſubtrahā ei gr̄am: nec amiciciam meam ab ipo diuidā dūmodo ipe per peccatū gr̄az meā nō expellat (q: deſcēdi de celo). i. naturam humanā aſſūpſi (nō vt faciā volūtatē meā: ſꝫ volūtatē eiꝰ q̄ miſit me) Tho. Ecce p oia volūtatē hūanā ſubiecit volūtati dine. Math. xxvj Nō mea volūtas: ſꝫ tua fiat. (Hec eſt aūt volūtas eius qui miſit me p̄ris: vt omne qđ dedit mihi non perdā ex eo) Ly. q: ⁊ ſi talis predeſtinatus aliquando cadit in pctm̄ mortale: finalr̄ tū̄ reſurget. Unde Ambro. Certus ſuꝫ ꝙ deus nullū electoꝝ ſuoꝝ cadere pmitteret: ſi eum melioꝛe a caſu ſuo reſurrectuꝝ nō ſenſiſſet. (ſed reſuſcitē illud in nouiſſimo die) Tho. ſ. de morte ad glorioſā vitā. (Hec eſt aūt voluntas p̄ris mei q̄ me miſit: vt ois q̄ videt filiū) Tho. ſ. paſſibilem ⁊ mortalē ⁊ cū hoc miracula facientē. (⁊ credit in eum). i. adheret ei ſicut vni vero deo p miracula ductus ad fidem. (habeat vitā eternā. Ly. ſi pſeuerет. qđ eſt īfallibiliter verū in pdeſtinatis de qbꝰ xp̄s h̄ loquit̄. (⁊ ego reſuſcitabo euꝫ in nouiſſimo die) quo ad corpus vt ſimul gaudeat in corpe ⁊ aīa.

¶ Poſtilla euāgelioꝝ dñicaliū necnō de ſctis: finit feliciter

Epistolarū de tpe ⁊ sanctis liber incipit.

Dñica pma in aduētu dñi ad Romanos.xiij.caplo.

FRatres. Scientes quia hora ē iam nos de somno surgere Nūc aūt ppior ē nr̄a salus q̄z cū credidim⁹. Nox p̄cessit: dies aūt appropinquauit. Abijciam⁹ ergo opa tenebrar: ⁊ induamur arma lucis sic vt i die honeste ambulem⁹. Nō in cōmessatiōibus ⁊ ebrietatib⁹: nō in cubilib⁹ ⁊ impudicijs. Non in contentione ⁊ emulatione: sed induimini dominū iesum xp̄m.

Postilla.

Fratres. Scientes q: hora est iaz nos de somno surgere. Uerba p̄posita originaliter ad Ro. xiij.ca. sunt scripta in epl̄a hodierna lectionaliter recitata. Ante initiū illius epl̄e scribit sctūs Paul⁹ in eodē caplo dicēs. Nemini q̄cq̄ debeatis nisi vt inuicem diligatis. Qui eni diligit p̄ximū: legē impleuit. Post hec sequit' epl̄a hodierna. Scientes q: hora ē ⁊c. Ubi sciendū q̄ epl̄a hodierna ⁊ euāgeliū hodiernū cōcordāt. q: in euāgelio intimat' nobis aduētus regis celestis: sic in epl̄a monet nos aplus paulus vt preparem⁹ nos ad aduētum tāti regis dicēs.(fratres) Ubi nota q̄ sctūs Paulus aplus cōiter in eplis suis pmittit: fratres. ⁊ rō est ista. q: in suis eplis nitit' hoies inducere ad amorem fraternitatis. Etiā p̄ntem epl̄am scribit Romanis. Et Romani sūt qui in ptib⁹ Italie de iudeis ⁊ gētibus cōuersi sunt ad fidē per doctrinā ipi⁹ apl̄i Unde scribit ipis per Thimotheū discipulū suū a Chorintho ciuitate que est in achaia dicēs.(Scientes q: hora est) sc; in tpe gr̄e(iam nos de somno surgere) Ly. de ocio surgere ad opa charitatis. Greg. Charitas opat' magna si est. si aūt operari rēnuit: charitas non est. (nūc aūt).i. tpe gr̄e.(ppior ē nr̄a salus) Ly. q: per xp̄m ianua celestis ē aperta: q̄ tpe legis erat clausa. ideo subdit'(q̄ cū credidimus) idest plus q̄ ante aduentū xp̄i. tūc eni sciebāt se pres antiqui descensuros ad limbū. Unde p̄riarcha iacob dixit Genesis.xxxvij. Descendam ad filiū meū lugens in infernū ⁊c.(nox precessit) Ly.i. obscuritas figurarū veteris legis.(dies aūt appropinquauit).i. claritas veritatis reuelata est in noua lege (Abijciam⁹ ergo opa tenebrarū). Ly.i. pctā q̄ ad tenebras ducunt. Math.xxij.(⁊ induamur arma lucis).i. virtutes q̄ illumināt mentē: ⁊ finaliter ad vitā eternā perducūt (sic vt in die) Ly. iudicij extremi. (honeste ambulem⁹) sc; ad gl'iam (Nō).s. ābulem⁹ (in cōmessatoib⁹)

scʒ vitando petã gule.(ꝛ ebrietati-bus).i. potatiõib⁹ imoderatis(nõ in cubilib⁹). Soꝛ.i. pigritijs doꝛ-mientiũ.(ꝛ ipudicijs).i. luxurioſis actib⁹ q̃ ꝓueniũt ex ſupfluitate cibi ꝛ potus ꝛ ſomni.(nõ in cõtẽ-tione)ſcʒ quo vnus cõtẽdit cõtra aliũ.(ꝛ emulatiõe) Soꝛ. quo vn⁹ alteri inuidet de ſua ꝓſperitate (ſʒ induimini dñʒ iħm xp̃m) Lẏ.ſ.imi tando ſcitatem conuerſatiõis ſue. Quia ſcõm Augu. nõ eſt ver⁹ xp̃i anus qui nõ imitat̃ veſtigia xp̃i.

¶ Dñica.ij. in aduẽtu dñi ad Roma.xv.

Fratres. Quecũ qʒ ſcripta ſunt: ad nr̃am doctri nam ſcripta ſũt: vt per patiẽtiaʒ ꝛ cõſolatiõnẽ ſcripturaꝝ ſpeʒ habeam⁹. Deus aũt patiẽtie ꝛ ſolatij det vobis idipm̃ ſape in alterutrũ ſcõm ieſum xp̃m: vt vnanimes vno oꝛe honoꝛi-ficetis deũ ꝛ p̄rem dñi nr̃i ieſu xp̃i. Propter qđ ſuſcipite inui cem: ſicut ꝛ xp̃us ſuſcepit vos in honoꝛẽ dei. Dico eni xp̃m ieſum miniſtrũ fuiſſe circũciſi onis ꝑpter veritatẽ dei ad cõ firmãdas ꝓmiſſiones patruʒ Gentes aũt ſup miſericoꝛdia honoꝛare deũ: ſicut ſcriptũ eſt Propterea cõfitebor tibi i gẽ tibus: ꝛ nõi tuo cãtabo. Et ite rum dicit. Letamini gẽtes cũ plebe eius. Et iteꝝ. Laudate oẽs gentes dñm: ꝛ magnifica te euʒ oẽs ppl̃i. Et rurſus iſa-ias ait. Erat radix ieſſe ꝛ qui exurget regere gẽtes: i eũ gen tes ſperabunt. Deus aũt ipſe repleat vos oĩ gaudio ꝛ pace in credẽdo: vt abũdetis in ſpe ꝛ virtute ſpũs ſcti.

¶ Poſtilla.

¶ Fratres. Quecũqʒ ſcripta ſunt ad nr̃am doctrinã ſcripta ſũt Ad Ro.xv. Añ initiũ illi⁹ ep̃le ſcri bit ſctũs Paulus in ꝓncipio illius capl̃i dicens. Debem⁹ aũt nos fir mioꝛes imbecillitates infirmoꝝ ſu ſtinere ꝛ non nobis placere. Poſt hoc ſequit̃ ep̃la hodierna. Quecũ qʒ ſcripta ſũt ꝛc. Cõcoꝛdãt ep̃la ꝛ euangeliũ. qꝛ in euãgelio hodier-no agit̃ de aduentu xp̃i ad iudiciũ vbi qđaʒ ad terroꝛẽ maloꝝ: qđaʒ ad cõſolatiõnẽ bonoꝝ tãgũt̃. Sic etiã ap̃ls i ep̃la hodierna adducit ſacrã ſcripturaʒ q̃ hoĩem ad ꝓpa-randũ ſe ad iſtũ aduẽtũ dirigit ꝛ in formãt dicẽs. (Quecunqʒ ſcripta ſunt). Soꝛ. de dñõ nr̃o iħu xp̃o in diuinis libris: ꝛ etiã de ſctis veteris teſtamẽti: ſicut de iacob ꝛ de tho-bia. ꝛ etiã de ſctis noui teſtamẽti. ſcʒ de ap̃lis: õ martyrib⁹: ꝛ õ aliis ſctis. (ad nr̃am doctrinam ſcripta ſunt). qꝛ oĩs ſcriptura diuinit⁹ in-

spirata utilis est ad docēdū.ij.ad Thi.iij.(ut per patiaz).s.in aduersis.(⁊ cōsolationē scripturaꝝ (.i. cōsolationē quam dant scripture Cōsolant eni nos scripture in ico latu vite pñtis.(spem habeamus) scꝫ de btitudine eterna que ex scripturis ꝓmittit.(Deus aūt patie) idest de qui est dator patie in aduersis.(⁊ solacij).i.cōsolatiōis pꝰ tribulationē.qꝛ ipe cōsolat nos ī oī tribulatiōe nr̄a.Cor.j.(det vobis idipm sape).i.sentire.(in alter trum).i.coformiter.(scdm iesum xp̄m).i.scdm doctrinā iesu xp̄i(vt vnanimes).i.eadē voluntate(vno ore).i.eadē vocis cōfessione.(honorificetis deū ⁊ prēm dñi nr̄i ihū xp̄i).Ly.q̄tum ad vnitatē operis qꝛ fides sine operibus mortua est Jac.ij.(ꝑpter qđ suscipite iuicē). scꝫ infirmos ad cōsolandū(sicut ⁊ ipe).s.xp̄s(suscepit vos)infirmos (in honorē dei).i.vt in nob̄ bonorificet deus.(Dico eni iesum xp̄m ministrū).i.p̄dicatorē.(fuisse circūcisionis)p̄dicando iudeis circūcisis.ideo ipe xp̄s dixit Math.xvi Nō sū missus nisi ad oues q̄ perierunt domus isrl̄.(ꝑpter veritatē dei).Uinc.i.vt deꝰ verax habeat. (ad cōfirmādas ꝓmissiōes patrū) factas ipis.qꝛ iudeorū assumptio ad fidē ⁊ ad salutē fuit ex debito ꝑ ꝓmissionē prībꝰ eorū factā.Luce.j.Sicut locutꝰ est ad prēs nr̄os abrahā ⁊ semeini eiꝰ in scla.(gētes āt).i.pagani.s.dñt(honorare deū sup mia)eis exhibita sine p̄cedēte ꝓmissiōe.qꝛ gentiū assūptio ad fidē ⁊ salutē fuit ex sola mia sine ꝓmissione.qꝛ lex nō fuit data prībꝰ eorū neqꝫ ꝓphete sicut iudeis.(sicut scriptū est)in ps.xvij.vbi xp̄s loquit ad patrē.(Propterea cōfitibor tibi in gētibus dñe).i.faciaz tibi gētes cōfiteri voce laudando. (⁊ nomini tuo cantabo) Gor.i.faciam tibi cantare canticuꝫ laudis. ps.xcv.Cātate dño canticū nouū. (Et iterum dicit).s.scriptura Jsaie xxxv.(Letamini gentes).i.pagani cōuersi ad fidē.(cū plebe eius).i. cum iudeis.factū est vnū ouile de iudeis ⁊ gētibus.Uñ Joh.x. Et fiet vnum ouile ⁊ vnus pastor.(Et iterū)dicit dauid in ps.cxvj.(Laudate dñm oēs gētes).i.pagani cōuersi ad fidem.(⁊ magnificate eum omnes populi).Uinc.i.omnes tribus filioꝝ israel.(Et rursus isaias ait)xj.capi.(Erit radix iesse(.s.q̄ ⁊ isai pater Dauid.j. Regū.xvj. de qua stirpe natus est xp̄s scdm carnem.(⁊ qui exurget regere gētes) scꝫ in fide ⁊ bonis opibꝰ ⁊ gentes cōuersi ad fidem.(in eū gentes sperabunt)Genesis.xlix.Jpe erit expectatio gentiū.quia habēt spem per ipm consequi vitam eternam (Deus aūt spei).in quo sperandū est.(repleat vos omni gaudio)scꝫ spirituali.(⁊ pace in credendo(vt abundetis in spe)Lyra.per cumulum meritoꝝ.(⁊ virtute spūsācti) cuius sūt principaliter oīa opera meritoria.qꝛ sine virtute spūsācti nulle virtutes vel opa placēt deo.

¶ Dominica.iij.in aduētu ad Cor.iiij.capi.

Fratres. Sic nos existimet homo vt ministros xpi et dispensatores ministeriorū dei Hic iam querit' inter dispēsatores vt fidelis quis inueniat' Mihi aūt pro minimo ē vt a vobis iudicer aut ab humano die: sed neqz meipm̄ iudico Nihil enī mihi conscius sum: sed non in hoc iustificat' sum. Qui autē iudicat me dn̄s est. Itaqz nolite ante tēpus iudicare quoadusqz veniat dn̄s: qui et illuminabit abscondita tenebrarū: et manifestabit cōsilia cordium: et tunc laus erit vnicuiqz a deo.

¶ Postilla.

¶ Fratres. Sic nos existimet homo vt mīstros xpi.i. Cor.iiij. Ante initiū illius eple scribit scūs paul'.d. Templū dei scm̄ est qd estis vos. Si quis inter vos videtur sapiēs in hoc seculo: stult' fiat vt sit sapiēs. Sapia enī hui' mūdi stulticia ē apud deū. Tūc post hoc seq̄t' epla hodi. (Sic nos existimet hō). Sciendū qz epla et euāgeliū cōcordāt. qz in euāgelio agitur de spūali aduētu xpi. In signū huius tunc euāge. dicit de sancto Johāne: qui interpretat' in quo est grā. Sic etiā aplus Paulus in epla hodi. suadet prelatis qz debeant diligēter exequi sibi iniunctū officium et ministeriū. ergo dicit. (Sic nos existimet hō etc) Et hanc eplaz scribit Cor. Et corinthij nominant' a quadaz ciuitate q̄ dicit' corinth'. et ē metropolis in achaie ptibus. Achaia vero est quoddaz territoriū in terra grecie. et illos arguit d̄ iudicio temerario. qz nimis temerarie iudicabāt aplm̄ cū suis ergo dicit (Sic nos existimet hō vt ministros xpi) Vinc.q.d. Taliter viuim' et cōuersamur qz quilibet hō possit vere existimare de nobis qz sumus fideles ministri xpi. Vn̄ Bonauentura doctor sacre theologie sup.iiij.li.sen.di.xvj. De quolibet presumēdū est bonū nisi probetur contrariū. (et dispēsatores). Gor.i. distributores (ministeriorz dei).i. sacramētorūz diuinorū (hic iam querit') a nobis. (inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur) Prouer.xx. Multi hoies vocant' misericordes. virū aūt fidelē quis inueniet. Tho. fidelis minister est qui in oibus intendit honorē dei et vtilitatē ppli. Sed ipi corinthij iudicabāt plures esse ifideles. nec aliquē putātes esse fidelem. (mihi aūt pro minimo est) Gor.i. paruz puto. (vt a vobis iudicer). Tho. s. esse fidelis vel ifidelis. (aut ab humano die).i. ab hoīe dū est in suo die.i. in pn̄ti tpe. (sed neqz meipm̄

iudico) Vincē. fidelē vel infidelem ministrū xpi cum nō possum scire certitudinali sententia: sed ex coniectu ris existimo me bene esse fidelē di- spensatorē. Unde dr Eccle. ix. Ne scit homo an odio vel amore dig nus sit. (Nichil em̄ mihi conscius sum). i. in nullo remordet me cōsci entia mea (sed nō in hoc iustifica- tus sum) Cor. i. nō ideo me iustū reputo: qr potest eē aliqd delictū qd nescio. ps. xviij. Delicta qs in telligit. (qui aūt iudicat me dn̄s ē) qui solus nouit secreta cordis mei melius q̄ egoipse (Ita qz nolite an te tp̄s iudicare) iudicij extremi: qr modo nō est tp̄s iudicādi (quoad vsqz veniat dn̄s) supple ad iudicā dū (qui ⁊ illuminabit). i. aperta fa ciet (abscōdita tenebrarū). i. occul- ta peccata (⁊ manifestabit cōsilia cordiū). i. cogitata. qr tūc libri cō sciētiarū aperiētur (⁊ tūc laus erit) id est remūeratio (vnicuiqz a deo) bene agenti vel cogitanti. ⁊c.

¶ Dn̄ica. iiij. in aduētu. ep̄la. Ad philippenses. iiij. caplo.



Audete in dn̄o semp: iterū dico gaudete. Mo- destia vestra no ta sit omib⁹ ho- minib⁹: dn̄s em̄ prope est. Ni chil solliciti sitis: sz in om̄i ora tione ⁊ obsecratōe cū gratiarū actione: petitiones vestre inno tescāt apud deū. Et pax dei q̄ exuperat omnē sensū: custodi- at corda vestra ⁊ intelligētias vestras. In xpo ihu dn̄o nr̄o.

¶ Postilla.

¶ Gaudete in dn̄o semper. ⁊c philip. iiij. Ante initiū illius ep̄le scribit sanct⁹ paulus. d. fr̄es: nr̄a cōuersatio in celis est. vnde salua torē expectam⁹ dn̄m nostrū ihesuz xpm qui reformabit corpus hu- militatis nostre cōfiguratū corpo ri claritatis sue. Tunc seqtur ep̄la hodierna (Gaudete in dn̄o semp) Sciendū q̄ ep̄la ⁊ euāgeliū cōcor dant: qr in euāgelio docemur qua liter dn̄o viā preparare debemus per verā penitentiā: vt eum digne suscipere possimus iam ventur in carne. Et debet hoc fieri cuz gau- dio spūali: qd gaudiū necessariuz est in tp̄e tribulatiōis. s'm illō Ja cobi. j. Om̄e gaudiū estimate fra tres cū in varijs tēptationes inci- deritis. Et cum illo gaudio spūali bene stat cōtritio cordis. quia s'm Aug. penitēs de peccatis dolet: ⁊ de dolore gaudet. Sic etiam ap̄lus paulus in ep̄la hodierna nos in- format q̄liter in dn̄o gaudere debe am⁹: dicēs. Gaudete in dn̄o. Et p̄ sentē ep̄lam scribit philppēsibus Et philippēses noiant a ciuitate philippis q̄ est in grecia. vnde di cit (Fr̄es gaudete in dn̄o) nō in hoc seclo Ratio illi⁹ est: qr sicut nemo pōt duob⁹ dn̄is seruire. Math. vi. sic nemo pōt gaudere i hoc seculo

tollendis.(charissimi si deus dilexit nos ꝛ nos debem⁹ alterutrū).s. exēplo xp̄i inuicē(diligere)Uince. Sic deus diligit nos. Tūc debem⁹ diligere id q̄d de⁹ diligit: sed deus diligit oēs hoiem:ergo ꝛ nos quēlibet hoiem debem⁹ diligere(Deū nemo vidit vnq̄)Uin.in p̄nti de⁹ nō pōt videri sicut est. sed solū in futura vita. Uñ Augu. dicit q̄ cōcessum fuit paulo ꝛ moysi videre diuinā essentiā:sed hoc fuit in raptu ꝛ trāsitorie ꝛ nō mansiue: quia tūc fuerūt rapti extra sensus corporis.(Si diligam⁹ inuicem).s.ex sincera charitate(de⁹ in nobis manet)per grām inhabitātē(ꝛ charitas eius in nobis pfecta est)Tunc enī charitas dei pfecta est in nob: quādo eu₃ diligim⁹. nō solū in se s₃ etiā in sua ymagine.i.in homie (in hoc itelligim⁹).i.cognoscim⁹ (q̄m in eo manemus)per charitatem qua deum diligimus(ꝛ ipe in nobis)per charitatē qua nos diligit.(q̄m de spūsctō).s.ab ipo pcedente(dedit nobis ꝛ nos). Lyra.i. ego Johānes ꝛ alij apl̄i mecū(vidimus.s.eius humanitatē₃ oculis corporalib⁹ ꝛ eius diuinitatē oculis mētalib⁹ nō in se. sed in effectibus suis. quia viderūt eū facientē miracula: virtutē totius creature transcendētia(ꝛ testificamur)de visis q̄ vidimus.(q̄m pr̄ misit filiu₃ suū)eiusdē nature ꝛ potestas cum eo(saluatorē mūdi)per passionem in hūanitate assūpta.(quisq̄s confessus fuerit). Gor.s.cōfessiōe pfecta:cordis:oris.ꝛ opis. Nō dimi nuta vni⁹ vocis Uñ Aplus. Confitent̄ se nosse deum factis aūt negant(q̄m iesus est filius dei) ita q̄ idē est fili⁹ dei ꝛ fili⁹ hois(deus in eo manet).s.p grām.(ꝛ ipe i deo) vt in refugio. Uñ ps.lxxxix. Dn̄e refugiū fact⁹ es nobis(ꝛ nos).s. apl̄i(cognouim⁹).s.q̄ iesus est filius di.(ꝛ credidim⁹ charitati quā habet de⁹ in nobis)Ly.i.credim⁹ ipm spāliter hitare nobiscū p charitatē(deus charitas est)Uñ Aug. sup illud verbū.Si in singulis locis sacre scripture nihil aliud diceretur de charitate.nisi q̄ de⁹ charitas ē:nō aliud q̄ charitate₃ q̄rere deberem⁹. Nō eni charitas poterat altior cōmēdari q̄ q̄ deus dicer̄(ꝛ q̄ manet in charitate in deo manet)Uin.Tāq̄ palmites in vite:tanq̄ mēbrū in corpe(ꝛ de⁹ in eo)manet tanq̄ hitator in domo: tanq̄ spōsus in thalamo:tāq̄ sacerdos in tēplo.Uñ Berñ.q: deus charitas est:ꝛ ideo charitati nihil meli⁹ ē:ꝛ q̄ manet in charitate in deo manet.ideo charitati nihil est securi⁹ ꝛ deus in eo.ꝛ ideo charitati nihil iocūdius.(in hoc pfecta ē charitas dei nobiscū idest pfecta esse oñdit̄(vt fiduciā hēam⁹ in die iudicij)Uin.Si talē fiduciā hēmus ad deū q̄ audem⁹ secure apparere in cōspectu eius ꝛ reddere ei votū tūc indubitāter hēmus pfectā charitatē.(q: sicut ille est) Ly.Bñfaciens de celo iustis ꝛ iniustis(ꝛ nos sumus in hoc mūdo).s.pro amo-

re eius amicos et inimicos diligen do(timor non est in charitate)quod intelligitur de timore seruili inquantum ser nilis est: non autem intelligitur de filiali: quia ille timor stat cum charitate perfecta(sed perfecta charitas foris mittit timorem) quia charitas etiam quem cunque excludit timorem seruilem(quoniam timor penam habet) idest timore seruili pena debetur: quia facit cauere peccatum solummodo ne puniatur: non propter detestationem vitij nec propter vitandam offensam dei sicut fur quandoque dimittit furari propter suspendium(qui autem timet) Lyra. Hoc modo(non est perfectus in charitate)idest non habet charitatem ipsam perficientem(nos ergo diligamus deum) Glosa. Dilectione perfecta(quoniam deus prior dilexit nos)quam nos ipsos: imo cum adhuc inimici essemus dilexit inimicos vt faceret amicos: dilexit iniustos vt faceret iustos: dilexit egros vt faceret sanos.(Si quis dixerit quoniam diligo deum et fratrem suum oderit)qui est imago dei(mendax est). Lyra. Quia dilectio proximi includitur in dilectione dei(qui non diligit fratrem suum quem videt). Glo. vnde eum plenius cognoscit(deum quem non videt)idest quem minus cognoscit.(quomodo potest diligere). Unde Augu. Inuisa quippe diligere possumus incognita neque(et hoc mandatum habemus a deo.) scilicet de dilectione dei et proximi(vt qui diligit deum). Glosa. propter se(diligat et fratrem suum) propter deum. Duo enim sunt mandata charitatatis: scilicet dei et proximi: nec potest vnus diligi sine alio.

Dominica .ij. post festum trinitatis. j. Johis. iij.



Nolite mirari si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam eternam in se manentem in hoc cognouimus charitatem dei quoniam ille pro nobis animam suam posuit: et nos debemus animas pro fratribus ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum necesse habere et clauserit viscera sua ab eo quomodo caritas dei manet in eo. Filioli mei non diligamus verbo neque lingua sed opere et veritate.

Postilla.

Nolite mirari si odit vos mundus etc. Ante initium illius epistole scribit sanctus Johannes in eodem capi. dicens. Charissimi hec est annunciatio quam audistis ab initio vt diligatis alterutrum non sicut cayn

qui ex maligno erat ⁊ occidit fratrem suū. ⁊ ppter quid occidit eū qm̄ opera eius maligna erāt. fris aūt eius iusta. Tūc statim sequit̄ pn̄s ep̄la q̄ cōcordat cū euangelio hodierno: in quo euāgelio agitur de cena vite eterne: ad quā cenam puenit̄ p charitatē dei ⁊ proximi. de qua habet̄ plenius in pn̄ti ep̄la Unde dicit Iohes. (Charissimi nolite mirari) quasi insolitū. (si odit vos mundus). i. mūdi amatores: q: nō est nouū illud iurgiū: s3 fuit a principio mundi inter bonos ⁊ malos. Sicut p3 iter caym ⁊ abel: inter ysaac ⁊ ysmael: inter iacob ⁊ esau. (Nos scimus) Ly. certitudine fidei. (qm̄ trāslati sumus de morte). s. culpe (ad vitā) gr̄e (qm̄ diligimus fr̄es) q: opera bona in charitate facta sunt meritoria. (qui nō diligit: manet in morte: q: caret in charitate q̄ est vita aīe. (ois q̄ odit frem suū homicida est) q: pmo occidit aīam propriā. Scd̄o aīam p ximi q̄tū in se ē: q: puocat ip3 ad odiū mutuū. (⁊ scitis qm̄ ois homicida nō hab3 vitā eternā) Glo. idest nō h3 xp̄m q̄ est vita eterna. (in se manentē) hoc dicit ad dr̄iam vite nature: q̄ est vita transiēs. (in hoc) tanq̄ in signo certissimo (cognouim9 charitatē dei). i. xp̄i erga nos (qm̄ ille pro nobis) indignis. (aīam suā). i. vitā corpalē (posuit) idest morti crucis expofuit (⁊ nos) exēplo eius (debem9 aīas) Ly. i. vitam corpalē (pro fr̄ibus ponere) idest saluti eorū spūali ponere. Et hoc debitū patet ex ordine charitatis: scd3 quē deus est sup oia diligendus: ⁊ post ipm̄ aīa ppria: ⁊ tertio loco aīam proximi: quarto ⁊ vltimo propriū corp9. (qui habuerit substātiā hui9 mūdi) Glo. idest bona tpalia (⁊ viderit frē3 suum). i. proximū suū (necesse hr̄e). Ly. sc3 necessitatē extremā (⁊ clauserit viscera sua ab eo). i. affectum interiorē nō cōpatiēdo ei ⁊ subuētionē denegādo (qūo charitas dī) Glo. q̄ a deo infundit̄: ⁊ qua de9 diligit̄. (manet in eo). q. d. nullo modo: q: nō pōt diligi deus sine proximo: nec ecōuerso. etiā quia charitas benigna est. i. larga egenis: ⁊ in casu extreme necessitatis. tenet̄ etiā q̄libet de necessario dare. Un̄ Ambro. Pasce fame morientē: si non pauisti occidisti. (filioli mei). s. quos per euāgeliū genui. (no diligam9 verbo neq3 lingua). verbo tm̄ diligit qui hoc q̄d promittit nō soluit (sed opere). i. exhibitione beneficij (⁊ veritate). s. pure intētionis. Glo. vt simplici intentione bn̄ficia prestem9: nō propter iactantiā. nec propter temporale lucrū.

¶ Dn̄ica. iij. post festū trinitatis. j. petri. v.



Humiliami sub poteti manu dei vt nos exaltet in tpe visitationis oēz solicitudinē

vestrā piiciētes in eū: quoniā
ipsi cura est de nobis. Sobrie
estote & vigilate: q2 aduersari-
us vester diabolus tanq3 leo
rugiēs circuit querens quē de
uoret. Cui resistite fortes in fi
de sciētes eandē passionē ei q̄
in mūdo est vestre fraternitati
fieri. Deus aūt omis gr̄e qui
vocauit nos in eternā suā glo-
riā: in xp̄o ih̄u ipsi gloria & im
periū in secula seculoꝝ amen.

¶ Postilla.

¶ Hūiliamini sub potēti ma
nu dei. &c. Ante initiū illius ep̄le
scribit sanctus petrus in eodē ca.
Deus superbis resistit: hūilibus
aūt dat gratiā. Tunc statim sequi
tur ep̄la presens. in qua beat' pe-
trus docet nos quomō habere de
beamus nos ad deū dicēs. (Humi
liamini) Gor. hūilitate voluntaria
nō coacta (sub potenti manu dei)
vel nos humiliabimus nos ei: vel
ipse opprimet nos: q2 manū eius
effugere impossibile est (vt nos ex
altet) q2 omis qui se humiliat ex-
altabitur. vt patet Luce. xviij. (in
tp̄e visitatiōis). i. in die iudicij qn-
do deus iudicabit mūdu3 & reddet
vnicuiq3 scd̄m opera sua (oēm so
licitudinē vestrā). s. corporis & aīe
(piicientes in eū) Unde Aug. Pro
iice te in deū: nō est tā crudelis vt
se subtrahat & te cadere permittat
(qm̄ ipsi cura est de vob̄). s. spiri-
tualis (sobrij estote) ī victu & vesti
tu (& vigilate). i. diligenter a pecca
tis cauete (q2 aduersari' vester dia
bolus), qui semꝑ bonis & fideli-
bus aduersatur (tanq̄3 leo rugens)
per seuiciā (circuit) per maliciā (q̄-
rens quē deuoret) incorporādo si-
bi per mortalē culpā (cui resistite)
Gor. ei' suggestiōibus nō acq̄es-
cēdo. vnde Jacobi. iiij. Resistite di
abolo & fugiet a vobis (fortes in
fide) tanq̄ in scuto (sciētes eandem
passionē). i. osimilē tribulationē &
tēptationē quā vos sustinetis (ei)
fieri. s. a diabolo (q̄ in mūdo est ve
stre fraternitati). i. vestris fr̄ibus
per mūdum dispersis. q. d. nō pu-
tetis tēptatione carere eo q̄ fide-
les estis: immo magis tēptabimī.
Ergo cauete vos diligēter ne supē
rabimini. vñ Eccle. ij. Fili accedēs
ad seruitutē dei: sta in iusticia & ti
more & prepara aīam tuā ad tēpta
tionē. (deus autē). s. qui est dator
(omis gr̄e) Gor. q2 bonoꝝ tp̄aliū
naturaliū: sp̄ūaliū & eternoꝝ (qui
vocauit nos) vocatiōe interiori ꝑ
inspirationē: & exteriori ꝑ p̄dicati
onē (in eternā suā gloriā). s. finali-
ter consequendā (in xp̄o ih̄u). i. ꝑ
xp̄m ih̄m (ipsi gl̄ia & imperiū) s. ad
alios (in secula secl'oꝝ). i. ineternū.

¶ Dñica. iiij. Roma. viij.



Xistimo eñ q̄ nō
sunt cōdigne pas
siones huius tem
poris ad futura3

gloriã que reuelabit̃ in nobis Nã expectatio creature reue- latioñe filioꝝ dei expectat Ua nitati eñ creatura subiecta est nõ volẽs sed ꝑpter eũ qui sub iecit eã in spe. Quia ⁊ ipsa cre atura liberabit̃ a seruitute cor ruptiõis in libertatẽ glorie fi lioꝝ dei. Scim⁹ eñ ꝙ oĩs cre- atura ingemiscit ⁊ parturit vs qʒ ad huc. Nõ solũ aũt illa: sʒ ⁊ nosipsi ꝑmitias spũs haben tes. Et ipsi intra nos gemit⁹ a doptionẽ filioꝝ dei: expectãtes redẽptionem corporis nostri. In christo ihesu dño nostro.

Postilla.

Existimo eñ ꝙ nõ sunt cõ- digne. ⁊c. Ante initiũ illi⁹ ep̃le scri bit sanct⁹ paulus in eodẽ ca. dicẽs Si filij ⁊ heredes: heredes q̃dẽ dei coheredes aũt xp̃i. si tamẽ cõpati- mur vt simul glorificemur. Tunc statim sequit̃ p̃ns ep̃la. In q̃ ap̃ls paulus hortatur nos: vt patiẽter tolleremur passiones ⁊ ꝑsecutões hui⁹ mũdi: q2 ad futurã gloriã nõ peruẽitur nisi per tollerãtiaʒ pati enter passionũ. et q̃lescũqʒ sint ta les passiones tp̃ales: nõ tamẽ sunt odigne ad futurã gloriã. Hoc ostẽ dit ap̃ls paulus q̃ fuit raptus vs- qʒ in tertiũ celũ ⁊ vidit magnitu- dinẽ g̃lie celestis Et visis illis gau dijs post hoc dixit. (fratres. existi mo) Uincẽ. i. vere scio (ꝙ non sunt cõdigne). i. equales (passiones hu ius tp̃is) Gor. i. tp̃alis ⁊ momẽta nee (ad futurã gloriã). s. promeren dã (que reuelabit̃ in nobis) Uincẽ tam malis q̃ꝫ bonis: sed diuersimo de: q2 q̃uis gloria futura ab oñi- bus cognoscet̃ ⁊ videbitur: tamẽ hoc erit bonis ad gaudiũ ⁊ ad sa- lutẽ. malis ad omnẽ tristiciã ⁊ pe- nã (Nam expectatio creature) Ly. id est hois qui est oñis creatura. vt patet Math. vl. Predicate euã- geliũ oĩ creature est homini (re- uelationẽ filioꝝ dei) Lyra. in beati tudine celesti: vbi deus clare vide bit̃ (expectat). s. per patientiã (va nitati eñ). i. passibilitati: morti et incineratiõi (creatura). i. humana natura (subiecta est nõ volẽs). i. ꝑ pria volũtate: ⁊ hoc ꝑpter pctm̃ ade qd̃ nõ est volũtariũ in nobis (sed ꝑpter eũ). i. ꝑpter deũ (q̃ sub iecit eam in spe). s. resurrectiõis fu ture (quia ⁊ ip̃a creatura). i. huma na natura (liberabit̃ a suitute cor ruptiõis). s. quãdo in resurrectiõe ex gloria aĩe erit corpus immorta le (Scimus eñ ꝙ oñis creatura) sc; irrationalis (ingemiscit ⁊ partu rit vsqʒ adhuc) Hic ap̃lus inducit nos ad tollerantiã passiõis dupli ci exẽplo. Primũ est creaturaꝝ ir- rationaliũ que sustinent multa: ⁊ tamẽ nõ habẽt spem remuneratio nis: sicut nos habemus. Secũduʒ exemplũ est ipsoꝝ aploꝝ q̃ primi tus ⁊ pleni⁹ ceteris credẽtibus spi ritũsctm̃ susceperũt. ⁊ patiẽter tol

lerabāt multa aduersa ⁊ dilationē glorie in spe resurrectionis future Ergo dicit(nō solū illa).s.irrationalis creatura(sȝ ⁊ nosipsi).s.apli (primitias spūs habētes) Ly.i.in maiori plenitudine (spūm sanctū habētes(⁊ipsi intra nos gemim⁹) ꝯsistētes in tribulatōib⁹ (adoptionē filioꝝ dei expectātes).i.premiū qd reseruat̄ filijs adoptōis(redēptionē corporis nr̄i) q2 tūc erit corpus immortale ⁊ sic redimet̄ a corruptiōe(In xp̄o ihū dn̄o nostro.)

¶ Dn̄ica.v.post festū trinitatis epl'a.j.Petri.iij.ca.



Omnes vnanimes in oratione estote cōpatientes:fraternitatis amatores:misericordes:modesti:humiles.nō reddentes malū pro malo:vel maledictū pro maledicto:sed ecōtrario bn̄dicētes.Quia in hoc vocati estis vt bn̄dictionē hereditate possideatis.Qui enīȝ vult vitā diligere ⁊ videre dies bonos:coherceat linguā suā a malo:⁊ labia ei⁹ne loquātur dolū.Declina aūt a malo ⁊ faciat bonū:inq̄rat pacē ⁊ seq̄at̄ eam.q2 oculi dn̄i sup iustos:⁊ aures ei⁹in preces eoꝝ. Uultus aūt dn̄i sup facientes mala.Et q̄ est qui vobis noceat si boni emulatores fueritis. Sȝ ⁊ si qd patimini ꝓpter iusticiā beati.Timorē aūt eoꝝ ne timueritis:vt nō conturbemini.Dn̄m autē xp̄m sanctificate in cordibus vestris.

¶ Postilla.

¶ Omes vnanimes in oratione estote.⁊c.Ante initiū illi⁹ ep'le scribit sanctus petrus in eodē cap dicēs.Mulieres subdite sint viris suis:sicut sarra obediebat abrahe dn̄m eius vocās:cui⁹ estis filie bene faciētes Lunc seq̄tur ep'la hodierna.In qua apl's petrus instruit nos quomō vnusq̄sq3 se ad alteꝝ habere debeat dicēs.(Omes vnanimes in orōne estote) Gor.i.corvnū ⁊ aīam vnā habētes nō differētes(compatiētes)ad inuicē sicut mēbra vni⁹ corporis mistici ipsi⁹ xp̄i.Per hoc alleuiat̄ ille q̄ patit̄: cū percipit alios sibi cōpatientes Ut dicit phus.ij.rethoricoꝝ.(fraternitatis amatores).i.fraterne vnitatis ⁊ ꝯcordie ꝯseruatores(modesti).s.in oībus debitū modū seruādo(misericordes).s.elemosinas indigētib⁹ tribuēdo(humiles) sc3 oīa bona deo attribuendo ⁊ nichil vob (nō reddētes malū pro malo)in factis iniuriosis(nec maledictū pro maledicto)verbis contēciosis(sed econtrario bn̄dicētes) verbis benignis ⁊ pacificis(q2 in hoc vocati estis).s.ad fidem xp̄i.

vt bñdictionē dei).f.de qua dicit Math.xxv. Uenite bñdicti patris mei percipite regnū.zc.(hereditate possideatis).f.celeste regnū qḋ nō datur maledicis. Unde apl's.ne q̄ maledici neq̄ rapaces: regnum dei possidebūt.(qui em̄ vult vitā diligere).f. vitā beatā: in qua nullus morit (z videre dies bonos).f. in beatitudine celesti vbi dies noctibus nō interrūpunt: faciat sc̄ qḋ sequit (cohereceat linguā suā a malo).i.a malo colloquio in aperto. Unde apl's.f. Lorinth.xv. Lorrūpūt bonos mores colloq̄a praua(z labia eius ne loquant dolū) id est malū in occulto proximoꝝ decipiēdo (declinet aūt a malo) in opere(z faciat bonū) hec em̄ sunt due partes iusticie(inquirat pacē) cū ꝑximo etiā iniurioso(z sequatur eā).f.perfecte (quia oculi dn̄i super iustos)ad remunerandum(z aures eius).i. volūtates(in preces eoꝝ)exaudiēdi (vultus aūt dn̄i) sc̄ ire z indignationis (super facientes mala)ad puniendū eos (z quis ē) homo vel etiā diabolus (qui vob nocear)id est nocere possit.f.a bono violenter retrahendo.quasi diceret nullus(si boni)Nota boni ē hic genitiui casus (emulatores)id est amatores (fueritis.sed z quid) id est modicū patimini(in pn̄senti tp̄e ꝑpter iusticiā beati)estis iam in spe tandē in re.vt dicitur Math v.Beati qui persecutionē patiunt propter iusticiā quoniā ipsoꝝ est regnū celoꝝ. (Timorē aūt eoꝝ ne timueritis) Ly.i.timorem eijcientem a bono virtutis(vt nō côturbemini) impatiēter aduersa sustinēdo (dn̄m aūt ih̄m xp̄m sanctificate).i.firmate(in cordib⁹ vestris) sc̄ sibi firmiter adherendo.

¶ Dn̄ica.vi.post festum trinitatis. ad Romanos.sexto.



Uicūq̄ baptizati sum⁹ in xp̄o ihesu : in morte ipsius baptizati sumus. Lonsepulti em̄ sumus cū illo per baptismū in mortē.vt quomodo surrexit xp̄s a mortuis per gloriā patris : ita et nos in nouitate vite ambulemus.Si eniꝫ conplantati facti sumus similitudini mortis eius:simul z resurrectionis erimus. Hoc sciētes quia verus homo noster simul crucifixus est vt destruat corpus peccati:vt vltra nō seruiamus peccato.Qui em̄ mortuus est:iustificatus est a peccato.Si aūt mortui sumus cū xp̄o credimus: quia simul etiā viuemus cum xp̄o.Sciētes q̄ xp̄s resurgens ex mortuis:iam nō moritur:mors illi vltra nō dominabitur.Quod em̄ mortuus est peccato:mortu⁹ est se

mel. Quod autem viuit: viuit deo. Ita ꝛ vos existimate vos mortuos quidem esse peccato viuentes autē deo. In christ o ihesu domino nostro.

¶ Postilla.

¶ Quicūq3 baptizati sumus in xp̄o ihesu. ꝛc. Ante initiū illius ep̄le scribit sanct9 paulus dicens. Ubi abundauit delictū: superabū dauit ꝛ gratia. ꝛ sicut regnauit pec catū in mortē: sic ꝛ gratia regnat per iusticiā in vitā eternā per ihe sum xp̄m dn̄m nostrū. Tunc sequi tur ep̄la hodierna. In qua aposto lus hortat nos ad vite perfectio nē que cōsistit in hoc ꝙ peccatis mortui soli deo viuamus. Unde di cit. fratres. Quicūq3 baptizati su mus). i. nos cuiuscūq3 ɔditionis ꝛ sexus fuerimus (in xp̄o ihesu). i. in forma tradita a xp̄o in euangelio. vt habet Mathei vltimo. Euntes in mundū vniuersū predicate euā geliū omi creature: baptizātes eos in noīe patris ꝛ filij ꝛ sp̄ūssancti. Illa forma verboꝝ nō debet mu tari. ꝛ nichil debet addi vel minui (In morte ipsius baptizati sum9) id est in virtute mortis ipsius. Ba ptismus eīn habet virtutē ex passi one xp̄i. in cui9 signū de latere ip sius exiuit sanguis ꝛ aqua. vt patz Johis. xix. vt significaret ꝙ aqua baptismi habet virtutē a sangui ne passionis xp̄i. (Consepulti eniz sum9 cū illo per baptismū in mor tem) quasi diceret in baptismo si miles sumus morti xp̄i. Unde no tandū ꝙ baptismus tenet similitu dinē mortis xp̄i in trib9. primo qꝛ baptismus totū baptizatū in se in cludit ꝛ tegit sicut sepultura totū xp̄m inclusit. Secūdo qꝛ sicͤ triduo fuit ibi inclusus: sic fit trina imer sio i baptismo: nisi vsus aliter ha beat. Tercia qꝛ sicut sepult9 plene quiescit ab omi molestia: sic bap tizat9 ab omi culpa ꝛ pena: quia totū relaxat in baptismo (vt quo modo xp̄s surrexit a mortuis). i. a loco mortuoꝝ. f. de supulchro. (p gloriā patris). i. ad laudē ꝛ gloriā dei patris (ita ꝛ nos in nouitate vi te ambulemus) de bono in melius pficiendo (si eīn complātati) Un. id est firmiter adherēdo xp̄o: sicut radix plante adheret (facti sumus similitudinem mortis eius). i. sicut xp̄s post mortē resurrexit corpora liter: sic ꝛ nos postꝙ ꝛ semel mor tui fuerimus peccato: debem9 fie ri noui homines sp̄ūaliter (simul ꝛ resurrectionis erimus). i. sicut ipse resurrexit a morte pene ad vitam glorie. sic ꝛ nos a morte culpe ad vitā gratie (hoc scientes qui vet9 homo noster) id est fomes pecca ti quē ab adā qui est vetus homo traximus (simul crucifixus est) id ē delibutus est in baptismo vt iam nos cogere nō possit ad peccatū. (vt destruat corpus peccati). i. cō geries prauoꝝ opeꝝ (vt vltra non seruiamus peccato) sed deo: qꝛ ne mo potest duobus dn̄is seruire. Mathei. vi. (Qui eīn mortuus est

peccato) Ly.i.cõfiguratus morti xpi per baptismũ.(iustificat⁹ est a peccato) q2 baptism⁹ delet culpã ⁊ penã (si aũt mortui sum⁹ cũ xpo credimus: q2 simul etiã viuem⁹ cũ eo) Bo2.s. in gloria celesti (sciẽtes φ xps resurgẽs ex mortuis iã non morit᷑: mors illi vltra nõ domina bit) Ly.q2 surrexit ad vitã immortalẽ (φ eñ mortu⁹ est pctõ).s.xps pro peccato tollẽdo (mortu⁹ est semel) q2 vnica mors xpi sufficit ad tollendũ oĩa pctã preterita.presentia.⁊ futura (φ aũt viuit).s.ipe xps (viuit deo).i.ad similitudinem dei patris. vt sicut pater non põt mori: sic nec xps filius dei ⁊ hois. ita ⁊ vos estimate vos mortuos q̃dem esse peccato) per totalẽ dimissionẽ culpe. Et notãter dicit estimate nõ pro certo reputate: q2 nescit homo si finaliter mortuus est peccato. Iuxta illud. Eccle.ix. Nescit homo an odio vel amore dignus sit (viuẽtes autẽ deo).i.ad honorem dei (In ihesu xpo dño nr̃o) id est in fide ihesu christi.

¶ Dñica.vij. Ad Roma.vi.



Humanũ dico ppter infirmitatẽ carnis vestre: sicut eñ exhibuistis mẽbra vr̃a seruire immũditie ⁊ iniquitati ad iniquitatẽ. Ita nũc exhibete mẽbra vestra seruire iusticie in sanctificationẽ. Cũ eñ serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie. Quẽ ergo fructũ habuistis: tunc in illis in quibus nunc erubescitis: nã finis illorũ mors est. Nũc vero liberati a peccato: serui aũt facti deo: habetis fructũ vestrũ in sanctificationẽ: finẽ vero vitã eternã. Stipendia eñ peccati mors: gratia aũt dei vita eterna. In xpo ihũ dño nr̃o. ¶ Postilla.

¶ Humanũ dico ppter infirmitatẽ. ⁊c. Ante initiũ illius eple scribit sanct⁹ paulus in eodẽ cap. dicens. fratres: serui fuistis peccati: liberati aũt nũc a peccato serui facti estis iusticie. Tunc statim sequitur p̃sens epl̃a. In qua apl̃s paulus hortat᷑ nos ad faciendũ bona opera ⁊ ad viuendũ scdm iusticiã dicẽs. (Humanũ dico) Bo2.i.qdã leue vobis precipio. Onus eñ iusticie qd vult eis imponere leue est. vt patet Math.xi. Jugum eñ meũ suaue est: ⁊ onus meũ leue (ppter infirmitatẽ carnis vestre) caro eñ in principio creationis fuit fortis ⁊ sana ⁊ obediẽs anime: sed ppter peccatũ facta est debilis ⁊ infirma aggrauãs ⁊ deprimẽs animã. vnde Sapiẽtie.ix. Corpus qd corrũpitur aggrauat animã (sicut eñ exhibuistis mẽbra vestra seruire immũdicie) Bo2.i.ad seruiendũ peccatis carnalib⁹ (⁊ iniq̃tati)

id est peccati spūalibus(ad iniquitatē).i.ad mali consūmationē (ita nūc exhibete mēbra vestra) Lyra. per bonā consuetudinē abilitātes ea (seruire iusticie) quasi diceret: illud est leue scz qḋ nō plus laboris requirit in seruitio dei q̄ ducit ad gloriā: q̄ʒ in seruitio diaboli q̄ ducit ad gehennā. (in sanctificationē) id est sanctificatis ɔsūmationē (cū em̄ serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie) Lyra.i. spoliati a bono iusticie (quē ergo fructū).i. vtilitatē (habuistis tunc in illis) supple peccatis (in quibus nunc) id ē post penitentiā. (erubescitis) quasi diceret: nullā vtilitatē habuistis sed maximū dāpnum. (Nam finis illoꝝ) scz peccato seruientiū (mors est). s. eterna) nunc vero liberati a peccato) Lyra. per eius dimissionē (serui aūt facti deo) per iusticie operationē (habetis fructū vestrū) Uincē.i. ad vtilitatem vestram (in sanctificationē) Lyra.i. in gratiam in presenti (finem vero) scz vltimū (vitā eternā).i. in futuro gloriā eternā (stipēdia em̄ peccati) Uincē. id est premiatiōes que debent militibus diaboli (mors est). s. culpe ⁊ consequēter eterne pene (gratia aūt dei) id est premiū pro bono opere in gratia dei factū. (vita eterna in christo ihesu dn̄o nostro) id est per xp̄m ihesum dn̄m nostrum tanq̄ʒ mediatorem.

¶ Dn̄ica. viij. post festū trinitatis Ep̄la. ad Roma. viij.



Ebitores sumꝰ nō carni: vt secūdū carnem viuamus. Si em̄ secundū carnē vixeritis: moriemini. Si autē spū facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunqȝ em̄ spiritu dei agūtur: hi sūt filij dei. Nō em̄ accepistis spiritū seruitutis iterꝝ in timore: sȝ accepistis spiritū adoptionis filioꝝ dei. In quo clamamꝰ abba pater. Ipse em̄ spūs testimoniū reddit spūi nr̄o q̄ sumus filij dei. Si aūt filij ⁊ heredes: heredes quidem dei: coheredes aūt xp̄i.

¶ Postilla.

¶ Debitores sumus nō carni. ⁊c. Añ initiū illiꝰ ep̄le scri. s. p. di. Qui em̄ ꝑm carnē sūt q̄ carnis sūt sapiūt. q̄ vero ꝑm sp̄m sunt q̄ sunt spūs sentiūt. nā prudētia carnis mors est. prudētia aūt spus vita ⁊ pax. qm̄ sapiētia carnis inimica est deo. Tūc sequitur pn̄s ep̄la in q̄ ap̄ls hortat nos ad mortificationē carnis: ⁊ ad imitationē spūs vl rōnis vt ꝑm spūm viuamꝰ. Et ad hoc adducit rōnes: scz ꝓpter debitū ⁊ ꝓpter future mercedis magnitudinē. vñ dicit (Fr̄es: debitores sumus). s. spūsancto vel rōni ꝓprie. (nō carni) vt ꝑm carnē viuamꝰ). s. in voluptatibꝰ. carnis) si em̄ scdm

carnē) Glo.i.ſcđm carnis deſide-
ria ⁊ voluptates.(vixeritis) vita
corporali(moriemini) morte ſpūa
li ⁊ etiā eterna(ſi aūt ſpiritū).i.ra-
tione(facta).i.opera(carnis mor-
tificaueris) penitus ea abijciendo
⁊ fugiendo(viuetis)vita ſpirituali
hic in iuſticia ⁊ ī futuro in gloria.
(quicūqꝫ em̄ ſpiritu dei aguntur)
Glo.i.reguntᷣ(hi filij dei ſunt)ſer
uientes ei. nō timore ſeruili: ſed ti-
more filiali (Nō em̄ accepiſtis ſpi
ritū ſeruitutis iterꝝ in timore) ſicut
in veteri lege que fuit lex timoris
(ſed accepiſtis ſpiritū adoptiōis
filioꝝ dei) id eſt ſpm̄ſanctū datorē
bonoꝝ per quē fit adoptio filioꝝ
dei quod ex bonitate eſt ⁊ miſeri-
cordia dei (in quo clamam⁹ abba
pater) Lyra.abba pater duo ſunt
noīa idēꝫ ſignificātia: vnū hebray
cū: ⁊ alterꝝ latinū. ad ſignificādū
duplicē dei paternitatem. Una eſt
cōmunis bonis ⁊ malis : quia eſt
pater creationis omniū hominū.
Alia ſpecialis gratie adoptiōe de
qua hic diciᷣ(ipſe em̄ ſpūs teſti-
moniū reddit ſpiritui noſtro)cum
em̄ ſpūs noſter p ſpm̄ſanctū bo-
nū agit eſt ſignū diuine filiatiōis.
Hoc aūt ſigno quaſi quodā teſti
monio nos certificat(ꝙ ſumus fi-
lij dei) Uincē.nō per naturā ſicut
xps: ſꝫ per adoptionē per ſpiritū
ſanctū.(ſi autē filij dei. Glo.ſum⁹
(⁊ heredes)erimus (heredes quidē
dei) cuius beatitudinē fruimur(co
heredes autem xpi) in quo ⁊ cum
quo beati erimus.

¶ Dn̄ica.ix.j. Corinth.x.ca.



On ſimus cōcu
piſcētes maloꝝ:
ſicut ⁊ illi concu
pierūt.neqꝫ ydo
latre efficiamini
ſicut quidā ex ipſis: quēadmo
dū ſcriptū eſt. Sedit populus
mādu care ⁊ bibere⁊ ſurrexerūt
ludere. Neqꝫ fornicemur ſicut
quidā ex ipſis fornicati ſunt ⁊
ceciderunt vna die vigintitria
milia . Neqꝫ tēptemus xpm ſi
cut quidā eoꝝ tēptauerūt:⁊ a
ſerpētib⁹ perierūt. Neqꝫ mur
muraueritis:ſicut qdam mur-
murauerūt: ⁊ perierūt ab exter
minatore. Hec aūt oīa in figu
ra contingebāt illis. Scripta
ſūt aūt ad correptionē noſtrā:
in quos fines ſeculoꝝ deuene-
rūt. Itaqꝫ q ſe exiſtimat ſtare
videat ne cadat. tēptatio vos
nō apprehēdat niſi humana.
Fidelis aūt deus eſt q nō pa-
tietur vos tēptari ſupra id qđ
poteſtis.ſꝫ faciet cū tēptatione
etiā prouentū vt poſſitis ſuſti
nere. ¶ Poſtilla.

¶ Nō ſim⁹ cōcupiſcētes ma
loꝝ.⁊c.Pro intellectu illi⁹ epl̄e at-
tēdere oportet beneficia poplo iu
daico in deſerto exhibita a deo.ſcꝫ

trāsitū per mare rubrū.defensionē columpne:cibationē māne:et sic de alijs que oīa deus miraculose eis exhibuit ipi aūt de tantis bn̄ficijs ingrati existentes cōcupierūt carnes comedere paruipendētes mānā. Item ydolatriā cōmiserūt:adorando vitulū. Item fornicati sunt cū madianitis cōtra preceptū dn̄i. Item cōtra moysen et aaron murmurauerunt:et sic de alijs. Et ideo plagis in hodierna epistola expressas incurrerunt. Monet ergo nos sanct' paulus in hodierna ep̄la ne talia faciamus:quia si similes eis fuerim' in culpa:erimus eis siles in pena. Ergo dicit.(fratres nō simus cōcupiscētes malorū)quo ad affectū(sicut et illi cōcupierunt)de q̄bus dicit ps.lxxvij. Cōcupierūt cōcupiscentiā etc. et Numeri.xj. dī vulgus promiscuū flagellauit etc. quasi diceret non peccem' sicut et illi:ne similiter puniamur sicut et illi(neq3 ydolatre efficiamini)Uincēti'. Honorē soli deo debitū idolis et creaturis nullo modo exhibeatis.(sicut quidā ex ipsis)scz ex filijs israel fuerūt qui sibi vitulū cōflatilē fecerūt:et ipm̄ pro deo adorauerunt. vt habet' Numeri.xxv. (quēadmodū scriptū ē)Exo.xxxij. (Sedit popul' manducare)coraz ydolo.s.vitulo(et surrexerūt ludere).i.ludos facere:sicut choreas in veneratione vituli. Notandū q' sicut olim fuerunt diuersa ydola in ter infideles:ita et nunc inter xp̄ianos.quia aliqui colunt diuitias: aliqui honores:aliqui corpis delicias:aliqui pueros et vxores. Uñ Augu. hoc ab hoie colit' qd' pre ceteris diligit'(neq3 fornicemur). Uin.idest actū luxuriosū extra ppriam coniugē nullo modo perpetrem'(sicut quidā ex ipis fornicati sunt). Ly.scz cū mulierib' madianitis.vt habet' Nūeri.xxv.(et ceciderūt vna die.xxiij.milia)nec est hoc cōtra illud qd' dī Nūeri.xxv. q' ceciderunt.xxiiij.milia:q2 minor numer' cōcludit' in maiore:et ideo cōcludit' q' verū est de maiori. est etiā verū de minori(neq3 tēptem' xp̄m.Gor.diffidēdo de eius potētia(sicut quidā eorū tēptauerunt) scz ipsi deū dicētes.illud ps.lxxvij. Nūquid poterit etc.(et a serpētib' perierūt(q2 dn̄s iratus misit cōtra eos serpētes ignitos et quēcunq3 momorderūt statim moriebat' do nec moyses ex iussu dn̄i serpentem eneum erexit ad cui' aspectū sanabant'.vt habet'. Nūeri.xxj.(neq3 murmurauerltis).s.cōtra deu3 vel prelatos eius.(sicut quidā eorum murmurauerūt)cōtra moysē. Numeri.xvj.et Exo.xvj. murmurauit oīs cōgregatio etc. et perierunt ab exterminatore).s.ab angelo eos p cutiēte.(hec aūt oia in figura con tingebāt illis).s.ad designandū q' sic vel grauius fiet nobis si fuerimus siles eis.(scripta sunt aūt ad correptionē n̄ram) Uin. punitiones et pene iusticie iudeis in veteri testamēto sūt scripte ad n̄am correptionē vt visis vel auditis illis

petis caueam⁹ petã cõsilia:ne in illas vel maiores penas icidam⁹. (in quos fines seculoꝝ deuenerũt Ly.i.in nos q̃ sum⁹ iã in sexta eta te seculi ꝛ durat vsqꝫ in finẽ mũdi (ita qui se existimat stare). Uin.i. opinat̃ se esse in grã siue in chari tate dei(videat).i. caueat(ne ca/ dat).s.ab illa grã p pctm̃ mortale (tẽptatio vos nõ apprehẽdat nisi hũana). Uin.q.d.si tẽptatio isur/ git in vobis videatis ꝙ vos non apprehẽdat per cõsensũ:qꝛ si cõsẽ sum adhibueritis:nõ est tẽptatio hũana sed diabolica. Uñ Grego. in pastorali. Humanũ est in corde tẽptationẽ ppeti:demoniacũ ve/ ro in tẽptatiõis certamie supari(fi delis aũt de⁹ est). Ly.in promissis implẽdis(qui nõ patit̃ vos tẽpta ri supra id qd̃ potestis)qꝛ promis sit adiutoriũ in tẽptatiõib⁹ positis si fideliter recurrãt ad ipm̃.(sed fa ciet cũ tẽptatione etiam prouẽtũ) vos adiuuãdo vt ipa tẽptatio vo bis proueniat ad augmentũ meri ti per eius supatione(vt possitis sustinere). Uin.ne cadatis in pcm̃ ꝛ in cõsensũ.Uñ Augu. Diabol⁹ plerũqꝫ vult nocere ꝛ nõ põt qꝛ ptãs eius est sub ptãte dei. Nã si tm̃ posset nocere diabolus ꝗtum vellet aliqͥs iustoꝝ nõ remaneret.

¶ Dñica.x.j.Coꝛ.xij.



Citis qm̃ cum gẽtes essetis ad simulacra muta put ducebami/ ni euntes. Ideo notũ vobis facio ꝙ nemo in spũ dei loquens dicit anathe/ ma ihesu. Et nemo põt dicere dñs ihs nisi in spũsctõ. Diui siones grãꝝ sũt:idẽ aũt spũs Et diuisiões mistrationũ sũt idẽ aũt dñs. Et diuisiões ope rationũ sũt:idẽ vero deus qui operat̃ oĩa in oĩbus. Unicui/ qꝫ aũt dat̃ manifestatio spũs ad vtilitatẽ. Alij quidẽ p spm̃ dat̃ sermo sapie. Alij aũt ser/ mo sciẽtie sc̃d₃ eundẽ spm̃. Al teri fides in eodẽ spũ. Alij gr̃a sanitatũ in vno spũ. Alij opa tio virtutũ. Alij pphetia.alij discretio spm̃. Alij genera lin guarũ. Alij interpretatio ser/ monũ. Hec ãt oĩa opat̃ vn⁹ atqꝫ idẽ spũs diuidẽs singl'is prout vult. ¶ Postilla.

¶ Scitis qm̃ cũ gẽtes essetis ꝛc. Ante initiuꝫ illius ep̃le scribit sactus paulus dicẽs.ꝙ si nosmet ipos dijudicarem⁹ nõ vtiqꝫ dijudi caremur. Dum autẽ iudicaremur a domino corripimur vt non cuꝫ hoc mũdo dãnemur. Tũc sequi/ tur ep̃la hodierna in qua apl's lo/ quit̃ de donis spũsc̃ti oñdens ꝙ oium donoꝝ auctor ẽ spũsc̃tũs: ꝛ null⁹ põt facere aliqd̃ bonũ me ritoriũ saltẽ vite eterne nisi in spũ sctõ ꝛ hoc apl's oñdit experimẽto vite pterite dicẽs.(Scitis qm̃ cuꝫ gẽtes essetis). Ly.s.gẽtiliter viuen

tes absq3 dei gra ad couersionem ad fide(ad simulacra muta euntes) ea adoranda. Colebāt enim gētes idola martis.mercurij:τ sic de alijs.τ dicebant muta: q2 per se vl ex se nō habebāt aptitudinē loq̄n di q̄uis diabolus per ea q̄nq3 dedit responsa.(prout ducebamini) sc3 a maligno spū sicut equ⁹ τ mulus in q̄bus nō est itellect⁹(idō notū vob facio q̄ nemo in spū di loquens).i.p.gra dei vtēs(dicit anathema iesu)i.blasphemiā aliquā de iesu dño nr̄o.(τ nemo pōt dicere dñs iesus)cōfitēdo ipm̄ suū dñz τ saluatorem.s.q̄ ipe sit veraciter dñs τ ipe seruus ei⁹(nisi in spūsācto).i.per spūmsanctu3 a quo est omne verū. Unde Ambro. Omne verū a quocūq3 dicat a spūsācto est(diuisiones vero grarū sūt) nota q̄ gras hic appellat diuersos gradus et ordines qui sunt in ecclesia.(idē aūt spūs).s.sctūs est distributor graduū τ ordinū τ officiorū(τ diuisiones mistrationū sūt) idest diuerse effect⁹ gre q̄bus alij seruiūt alijs.τ sic ordinauit in proximū.hoc exēplū dedit nobis xp̄s Uñ Math.xx. filius hois nō τc. Itē.j.petri.iiij. Unusq̄sq3 sicut accipit τc.(Idē aūt dñs).i.xp̄s filius dei dās singulis pro volūtate sua.(τ diuisiōes opationū sūt).i.diuersi act⁹ gre q̄tū ad se per quā grāz facit opa meritoria q̄dā maiora q̄dam minora opa(idē vero deus) sc3 pr̄. Et notandū q̄ apls ponit hic tria noīa vt itelligat q̄ totius trinitatis sunt dona grarū quo ad psonā spūscti.dicit idez aūt spūs quo ad personā filij.idez aūt dñs quo ad personā patris dicit.idem aūt deus.sed ne videret distinctio substātie τ operatiōis subiungit idēptitatē substātie τ operationis triū personarū(qui).s.de⁹ pr̄:de⁹ filius τ deus spūsanct⁹ vnus existens de⁹ (opat̄ oīa).s.necessaria saluti(in oībus)nō oīa in singulis q2 vni nō tribuit oīa:sed in oīb⁹ oīa:vt q̄d q̄s in se nō habet habeat in alio:sicut in hūano corpe oculos solus videt:sed nō sibi soli:sed toti corpi:vt sic maneat charitas τ humilitas. Uñ Isa.xxvj. Oia opa nr̄a opatus es in nobis(vnicuiq3 aūt).s.fideliū(datur manifestatio spūs).i.gra que manifestat spiritū in esse(ad vtilitatē)sc3 ecclesie.(Alij quidē per spūm)sc3 sctm̄ (datur sermo sapiētie)sc3 loquēdi de contēplatiōe celestiū.(Alij aūt sermo sciētie)sc3 loquēdi de actione tēporaliū(scdm̄ eundē spūm alteri fides) idest cōstātia vel sermo fidei(in eodē spū.Alij gratia sanitatū).s.curādi ifirmos(in vno spū Alij opatio virtutū)idest miraclorū q̄ sūt supra naturā(Alij pphetia).s.pdicere futura(alij discretio spirituū)Cor.idest gra discernēdi quo spū ducūt.i.bono vl malo. q2 et diabol⁹ bōa seductorie dicit (Alij genera linguaz).i.loq̄ diuersis linguis(alij iterptatio smonū) .i.iterptatio obscuritatū scripture q̄ sūt in pphis τ euāgelijs τ i epi

stola.(hec aũt oia)lz diuersa sint. (operat̃ vnus atq3 idem spũs diuides singulis prout vult).i. gratis ⁊ sic cuiq3 scit expedire.

¶ Dñica.xj.j.Cor.xv.

Notũ vobis facio euãgeliũ qḋ predicaui vobis qḋ ⁊ accepistis i quo ⁊ statis per qḋ ⁊ saluamini: qua rõne p̃dicaueri vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi eniz vobis i p̃mis qḋ ⁊ accepi qm̃ xp̃s mortu⁹ est pro pctis nr̃is scḋm scripturas: ⁊ q2 sepult⁹ ẽ ⁊ q2 resurrexit tertia die scḋm scripturas: ⁊ q2 visus ẽ cephe: ⁊ post hec vndecim. Deinde visus ẽ plusq̃3 q̇ngẽtis frib⁹ simul ex q̇b⁹ multi manent vsq3 adhuc: q̇dã aũt dormierũt. Deinde vis⁹ ẽ iacobo. deinde apl̃is oib⁹. Nouissime ãt oiuz tãq̃3 abortiuo visus ẽ ⁊ mihi. Ego eni suz minim⁹ apl̃oꝝ. q̇ nõ suz dign⁹ vocari apl̃s. qm̃ psecut⁹ sũ ecclesiã dei. Gr̃a ãt dei sũ id qḋ sũ. Et gr̃a ei⁹ ĩ me vacua nõ fuit. ¶ Postilla.

¶ Notũ vobis facio euangeliũ ⁊c. Ante initiũ illius epl̃e scribit san. pau. di. Siquis ignorat ignorabit̃. oia aũt honeste ⁊ scḋm ordinẽ fiant in vobis. Tũc statim sequit̃ pñs epl̃a in qua apl̃s commendat nobis doctrinã euangelicam per quam peruenit̃ ad gl̃iam resurrectiõis dicẽs. (fratres) idest O corinthij q̇ estis fratres in xp̃o sicut oẽs in xp̃o per fidẽ geniti (notum vobis facio). Ly.i. ad memoriã reduco (euangeliũ).i. doctrinã euãgelicã (qḋ predicaui)i. denũciaui vobis (qḋ ⁊ accepistis) Uincẽ. corde credendo ⁊ ore confitendo. (in quo ⁊ statis).i. p̃manere ⁊ stare debetis (per qḋ ⁊ saluamini) iaz in spe ⁊ tandem in re (qua ratione predicauerim vobis) Gorra.s. per xp̃i resurrectionẽ abstruendo nostrã resurrectionẽ (nisi frustra credidistis).i. sine aliqua vtilitate: q2 fides sine operib⁹ mortua est (tradidi eni vobis in primis). Lyra.i. inter principalia credẽda quia articuli fidei sũt principia ex quib⁹ alia credenda deducunt̃ (qḋ accepi) per reuelationem a spũsancto. (qm̃ xp̃us mortuus est pro pctis nr̃is). Lyra. nõ suis. vt patet Jsa. liij. propter scelus ⁊c. Item in eodem capl̃o. Jp̃e aũt vulnerat⁹ ⁊c. scḋm scripturas).s. ip̃orũ prophetarũ qui passionẽ xp̃i predixerunt Un̄ Je.xj. Ego quasi agn⁹ ⁊c. Itez Jsa. liij. Sicut ouis ad occisionem ⁊c. (⁊ q2 sepult⁹ est). Lyra. vt veritas mortis eius probaret̃ (⁊ q2 resurrexit tertia die scḋz scripturas). Un̄ Osee.vj. Uiuificabit nos ⁊c. (⁊ q2 vis⁹ ẽ) Ly. post resurrectio-

nem suam(cephe).i.petro(⁊ post hoc vndecim).s.aplis: q̄ apparitio facta fuit post dies .viij.iue re surrectōis pñte thoma Jobis.xx. (deinde visus est pluſq̄ q̄ngētis frib⁹ simul)⁊ illa apparitio facta fuit in galilea in qua appuit aplis ⁊ multis alijs xp̄i fidelib⁹ (ex q̄b⁹ multi manēt vſq3 adhuc) viuētes in illo tpe. Soꝛ. q̄ testes sūt hui⁹ si ab eis requirat̄ (quidā aūt doꝛmierūt).s.moꝛte coꝛpali: q̄ dr̄ doꝛmitio: q2 erit in spe resurrectionis future (deinde visus ē Jacobo).s. alphei q̄ dicit⁹ est frater dñi: ⁊ qui fuit ep̄s hierosolymitan⁹: qui etiā sicut dicit haymo vouerat se non māducaturū quouſq3 dñʒ post resurrectionē vidisset: ideo xp̄s ei apparuit: tñ hoc nō legit̄ i euāgelio (deinde aplis oibus).s.visus est. ⁊ hoc factū est in die ascēsionis. vt pʒ Math. vlti.)nouissime āt oiu3) idest post ascēsionē xp̄i in celū(tā q̄ abortiuo visus ē mihi).s.i via qn̄ iui damascū.vt pʒ Act.ix. Ly. vocat āt se aboꝛtiuū: q2 aboꝛtiu⁹ dr̄ fet⁹ q̄ nascit̄ extra tp̄s debitum vel qui cū violēcia educit̄ de vtero. Sic apl's q2 alij renati fuerunt ante aduētū spūſcti: ipe aūt post Itē alij cōuersi fuerūt spōte: ipe q̄ si violēter in actu psecutiōis fidei (Ego eni su3 minim⁹ aploꝝ) q2 vltimus tpe(qui nō sū dign⁹ vocari apl's).s.si mea p̄cedētia merita atēdant̄(qm̄ psecut⁹ sū ecclia3 dei) Ly. qd̄ alij nō fecerūt ⁊ in hoc minoꝛ fuit alijs aplis: l3 ex grā dei factus fuerit valde magn⁹ (grā autē dei sū id qd̄ sū).s.apl's xp̄i: q2 sine grā dei hō nihil ē(⁊ grā eius i me vacua nō fuit).i.carēs bonis operibus. Sequit̄ in textu post eplaʒ illā(sed in oibus illis abūdāti⁹ laboꝛaui)nullus eni aploꝝ legit̄ in tot terris ⁊ puincijs pdicasse nec tot tribulatiōes in terra ⁊ in mari sustinuisse.

¶ Dñica.xij.ij. Coꝛ.iij.



Fiduciā talē habem⁹ per xp̄ʒ ad deū nō q2 sufficientes sim⁹ cogitare aliqd̄ a nobis q̄si ex nobis: sed sufficiētia nr̄a ex deo est. Qui ⁊ idoneos nos fecit mistros noui testamēti nō lr̄a sed spū. Lr̄a eni occidit: spūs autē viuificat. Qd̄ si ministratio moꝛtis lr̄is deformata in lapidib⁹ fuit in glīa: ita vt nō possent intēdere filij isr̄l in faciē moysi pter glīaʒ vult⁹ eius q̄ euacuat̄: qūo nō magis miūstratio spūs erit in glīa. Nā si ministratio dānationis in glīa est: multo magis abūdat misteriū iusticie i glīa

¶ Postilla.

¶ Fiduciā talē hēmus p xp̄ʒ ⁊c. Añ initiū illi⁹ eple scri.sā.pau. dicēs. Xp̄i bon⁹ odoꝛ sum⁹ deo in

his qui salui fiunt ⁊ in his qui pe
reũt: ⁊ alijs quidẽ odoꝛ moꝛtis in
moꝛtẽ alijs aũt odoꝛ vite in vitã.
Tũc sequit̃ pñs epl̃a in qua apl̃s
oñdit cõfidendũ esse in deo: ⁊ hoc
propter nr̃m defectũ ⁊ diuinũ ei⁹
adiutoꝛiũ qd̓ spãliter mõ tp̲e gr̃e
de⁹ p̲atus est nobis impẽdere. Vñ
di. (Fiduciã talẽ hẽmus ad deũ). s.
q̊ est vn⁹ in substãtia ⁊ trinus in
p̲sonis (per xp̃m). i. ex merito pas
sionis xp̃i: ⁊ per gr̃am xp̃i possu-
mus saluari (nõ ꝙ sufficiẽtes sim⁹
cogitare aliq̊d) supple boni (a no-
bis q̃si ex nobis) Quis enĩ oẽ bo-
num qd̓ agim⁹ sit a nobis vt cau
sa secũdaria: nõ tñ ex nobis vt cau
sa pꝛimaria. Deus enĩ est qui ope
ratur in nobis velle ⁊ p̲ficere (sed
sufficiẽtia nr̃a). Goꝛ. cogitãdi: vo
lendi faciendi bonũ (ex deo est) vt
p꜠ Joh̃. xv. Sine me nihil potestis
facere (qui ⁊ idoneos nos fecit mi
nistros). s. vita ⁊ scia (noui testa-
mẽti). i. euangelij. nõ lr̃a). i. nõ ex-
istẽtis in lr̃a tm̃ sicut lex moysi: qꝛ
euãgelij parabolas nõ semper ad
lr̃am itelligim⁹ (sed spũ). i. ad sen-
sum spũalẽ. (Lr̃a enĩ occidit) qꝛ te
stamẽtũ vetus cognitionẽ pc̃ti da
bat nõ tñ gr̃am (spũs aũt). i. spũs
sc̃tũs q̊ dat̃ in sacris noui testamẽ
ti. (viuificat). i. viuere facit (ꝙ si
mĩstratio moꝛtis). i. legis mosay-
ce moꝛtẽ tp̲alẽ inferẽtis trãsgresso
ribus (lr̃is defoꝛmata ĩ lapidib⁹).
idest scripta in tabulis lapideis.
(fuit in gl̃ia). i. reuerẽtia. ita vt nõ
possẽt intendere filij isrl̃ in faciem
moysi). Nota ꝙ Exo. xxxij. dr̃ ꝙ
ex colloquio dei in mõte synai fa
cies moysi fuit facta quasi coꝛnu-
ta nõ ꝙ fuissent realia coꝛnua sed
quasi q̊dã radij procedẽtes sursu꜠
angulariter in figura coꝛnuu꜠. Et
dr̃ ibidẽ ꝙ filij isrl̃ nõ potuerũt in
tẽdere in faciẽ ei⁹ Et cũ deberet eis
loq̊ opoꝛtebat ꝙ velamẽ appone
bat ante faciẽ eius: ⁊ hoc (p̲pter
gl̃iam). i. charitatẽ (vultus eius q̊
euacuat̃) qꝛ illa gl̃ia in moyse nõ
diu p̲mãsit: s꜠ trãsiuit (qũo nõ ma
gis ministratio spũs). i. noui testa
mẽti (erit in gl̃ia) supple eterna (nã
si ministratio dãnatiõis). i. veteris
legis q̃ iõ dr̃ mĩstratio dãnatiõis:
eo ꝙ nõ poterat ab ea saluari (in
gl̃ia ẽ multo magis ministeriũ iu-
sticie). i. legis euãgelice (abundat
gloꝛia). i. perducit ad gloꝛiã.

¶ Dñica. xiij. Gala. iij.

ABꝛahe dicte sũt p̲missiones ⁊ se
mini ei⁹. Nõ di
cit ⁊ seminib⁹ q̃
si in multis s꜠ q̃-
si in vno: ⁊ semini tuo: q̊ ẽ xp̃s.
hoc aũt dico testm̃ cõfirmatu꜠
a deo q̃ post q̃dꝛingẽtos ⁊ tri
ginta annos facta est lex: non
irritũ facit ad euacuandũ pꝛo
missionẽ. Nã si ex lege heredi
tas: iã nõ ex p̲missiõe abꝛahe
aũt per repꝛomissionẽ dona-
uit de⁹. Quid igitur lex p̲pter

trãsgressionẽ posita est donec veniret semẽ cui ꝓmiserat or-dinata ꝑ angelos in manu me diatoris. Mediator aũt vni⁹ nõ est: de⁹ ãt vn⁹ ẽ. Lex ergo aduersus promissa dei. absit. Si enĩ data esset lex q̃ posset viuificare: vere ex lege esset iu sticia. Sed cõclusit scriptura oĩa sub pctõ. vt ꝓmissio ex fi de iesu xp̃i daret credẽtibus.

¶ Postilla.

¶ Abrahe dicte sũt ꝓmissio-nes ꝛc. Ante initiũ illius eple scri. san. pau. di. Scriptũ est Gen. xv. Credidit abrahã deo ꝛ reputatũ ẽ ei ad iusticiã. Lũc seq̃t p̃ns epla. (Abrahe dicte sũt ꝓmissiões ꝛc). Ubi notãdũ ꝙ galathe gẽtiles fu erũt greci ꝛ p aplm paulũ ad fidẽ xp̃i cõuersi sũt. Et recedẽte ab eis aplo per pseudo aplos fuerũt se-ducti ꝛ decepti ita ꝙ ad obseruati onẽ legaliũ veteris testi verterẽt q̃si per fidẽ xp̃i absq̃ legaliũ obs̃ uatione saluari nõ posset qd̃ falsũ ẽ. Quos apls ad verã fidẽ reuocat in epla hodierna di. (Fr̃es abrahe dicte sunt) su pra deo (ꝓmissiones) eterne (ꝛ semini eius). f. xp̃o: ꝑ euꝫ ꝓmittebat̃ danda bñdictio. vt pꝫ Gen. xxij. In semine tuo bñdicẽt oẽs gẽtes. (nõ dicit ꝛ seminib⁹ q̃si in multis: ſꝫ q̃si in vno ꝛ semi tuo q̃ est xp̃s). Uin. illa ꝓmissio abra he ipleta fuit qñ xp̃s ex maria vir gine natus fuit. ꝛ post xp̃i adu ẽtũ cessauit lex in cerimonijs ꝛ figuris (hoc aũt dico testm̃ confirmatũ a deo). i. ꝓmissiões ille ꝑ modũ te stamẽti sũt: cõfirmate deo cũ iura mẽto diuino. vt pꝫ Gen. xxij. per memetipꝫ iuraui dicit dñs ꝛc. Uin. Testm̃ dr̃ scriptura autẽtica volũ tate testatoris ꝛ testiuꝫ robarata. ꝛ q2 promissio illa fuit iuramento dei firmata. ideo bene dr̃ testm̃ (q̃ post q̃dringẽtos ꝛ triginta annos facta ẽ lex) ideo sic lex cõstruẽda ẽ. Lex q̃ post q̃dringẽtos ꝛ. xxx. an-nos facta ẽ. i. data est in mõte sy-nai a promissiõe abrahe ipi moy-si: ꝛ per tm̃ tp̃s fuerunt filij isrl̃ in egypto. vt hẽt Exo. xij. Illis ãnis expletis eadẽ die egressus ẽ oĩs ex-ercit⁹. Cõputãt aũt hi ãni a ꝓmis sione pma fctã abrahe vsq3 ad da tionẽ legis (nõ irritũ facit ad eua-cuãdã ꝓmissionẽ) Ly. i. nõ euacu at ꝓmissionẽ abrahe factã q̃si irri tũ qd̃ tñ faceret si daret̃ hereditas ꝛ bñdictio ex lege (nã si ex lege he-reditas. i. btitudo eterna (iã nõ eẽt (ex ꝓmissiõe) ꝛ ita euacuaret̃ ꝛ fru straret̃ promissio facta abrahe. ꝙ ãt hoc nõ ẽ: hoc ꝓbat di. (Abrahe aũt ꝑ repromissionẽ donauit de⁹) ſup. btitudinẽ ꝛ glãz ꝛ bñdictionẽ nõ ꝓpt̃ legẽ: ſꝫ ꝓpt̃ promissi onẽ hoc ẽ ꝓpter fidẽ xp̃i sepe pro missi: q2 abrahã hoc credidit qd̃ de⁹ sibi ꝓmisit: ꝛ sic pꝫ ꝙ oẽs an tiq̃ q̃ iustificati sũt ex ipa fide xp̃i iustificati sũt ꝛ nõ ꝓpt̃ opa legis nã ipi crediderũt hoc futurꝫ qd̃ nũc

credim⁹ ꝓteritū.⁊ iō iustificati sūt ⁊ nō propter legē: q₂ abrahā iusti ficatus ē: ⁊ legē tñ non habuit: q₂ multo tpe āte legē vixit. Unde Bern. dicit. Multi ante saluatoris aduen tū deū oipotētē timētes ⁊ diligētes sue salutis gratissimū pmissorē cre dētes in promissiōe fideliū sperā tes certissimū redēptorē in hac fi de ⁊ expectatiōe saluati sūt. Unde Augu. Nemo liberat a dānatione q̄ facta est per adā nisi per fidē dñi nri ihu xpi(quid igr̄ lex)Ly. i. ad qd fuit vtilis. q. d. q₂ ergo lex nō iustificauit: s₃ sola fides: qre ergo posita est ⁊ data. Ad hoc rñdet q₂ tñ nō inutiliter data ē(ꝓpter trāsgressiones posita est). i. ꝓpter pu nitiones pctoꝝ: q₂ in lege deter minant graues pene pro determi natis vitijs q̄z errore cōhibebāt hoies a pctis(donec veniret semē) idest xps(cui). i. de quo(promise rat). vt p₃ Gen. xxj. In semie tuo bñdicent oēs gentes.(ordinata p āgelos). i. misterio angeloꝝ. Ly. Lex eni nō fuit data imediate a deo sed per angelū qui loq̄bat moysi i mōte synai(in manu mediatoris) idest i ptāte xpi vt. s. duraret q̄tuz vellet: q₂ venit in mundū qñ sibi placuit nō statim post hoīs casū. (mediator aūt vnius nō est): s₃ du orū extremorū q̄ cōiungit. de⁹ aūt vnus est. s. xps qui est vn⁹ cū pāre ⁊ spūscētō: et hoc est scdm diuinā naturā. Et est etiā mediator dei ⁊ hoīuz recōcilians hoīes deo pñ ⁊ hoc scdm hūanā naturā.)lex ergo aduersus pmissa dei absit. Lin. q. d. nullo mō lex fuit cōtra pmissa dei q̄uis pmissio fuit pfectior q̄ lex.(Si eniz data esset lex q̄ possit viuificare). i. vitā eternā cōferre. (vere ex lege esset iusticia) nō ex p missione abrahe: sed cōclusit scri ptura). i. lex moysi que est lex scri pta.(oia sub pctō). Ly. in q̄tum ondebat pctm nec tñ mundabat. (vt promissio) eterne btitudinis(ex fide ihu xpi daret credētib⁹). Ly. fide formata q̄ facit tēdere in deū.

Dñica. xiiij. Gala. v.



Spiritu ambulate ⁊ dsideria carnis nō pficietis Caro eni cōcupiscit aduersus spūm: spūs aūt aduersus carnē. Hec eni sibi inuicē aduersant: vt nō q̄cunq₃ vultis illa faciatis: q₂ si spū ducemini nō estis sub lege. Manifesta aūt sūt opa carnis: q̄ sūt fornicatio imūdicia: ipudicicia: luxuria: ydoloꝝ seruit⁹: bñficia: inimicitie: cōtentiones: emulatiōes ire: rixe: dissensiōes: secte: inuidie: homicidia: ebrietates: comessatiōes: ⁊ his silia. Que p̄dico vobis sicut p̄dixi. qm̄ qui talia agūt regnū dei nō consequūt. Fruct⁹ aūt spūs ē chari

tas:gaudiū pax:patiētia:lon/ganimitas:·bonitas:benigni/tas:mansuetudo:fides:mode/stia:cōtinentia:castitas:aduer sus huiusmodi nō est lex. Qui autē sunt xpi carnē suā crucifi xerūt cū vicijs et cōcupiscētijs

¶ Postilla.

¶ Spiritu ambulate et desi. &c. Ante initiū illi⁹ eple scribit sā ctus paul⁹ dicēs. Omīs lex in vno sermone implet. Diliges p̄ximū tuū sicut teipm. Tunc seq̄tur p̄ns epla. Ubi notandū: q̄ epla hodi/erna et euāgeliū hodiernū in hoc ōcordāt. qꝛ sicut euāgeliū dicit de decē leprosis q̄ sunt a xpo mūdati sic epla enumerat opa carnis q̄ le prā sp̄ualem q̄ horribilior est le/pra corporali inducūt. Hortat̄ au tem nos aplus i hac epla vt caute ābulemus dicēs(Spū ambulate) Uincē. i. scḋm spūꝫ diuinū opera via facite(et desideria carnis). i. de lectatiōes et cōcupiscētias q̄ caro suggerit(nō perficiet). i. opere nō implebitis(caro eni cōcupiscit ad uersus spūm) Ly. i. sensualitas cō tra rōnem(spūs aūt)supple econ/uerso(aduers⁹ carnē. Hec eni sibi inuicē aduersant̄). s. caro et spūs. Caro em̄ natōe terrestris: spūs au tē celestis et dū vnūquodqꝫ ad pa triā suā tendit fit pugna vehemēs in tantū(vt nō quecūqꝫ vultis)se cundū rōnem(illa faciatis)impedi ti motu sensualitatis(q̄ si spū du

bat'). scʒ ꝑm ꝙ ꝓmiserat saluator di. Luce. xxi. Ego dabo vob os ⁊ sapiētiā cui nō poterūt resistere ⁊ ↄtradicere oēs aduersarij vři Tunc post hoc redarguebat eos acriter di. (Dura ceruice). i. obstinata mēte (⁊ incircūcisi cordib⁹ ⁊ auribus). i. a vitijs ⁊ sordib⁹ (vos sp̄ spūi scto restitistis) q̄ locut⁹ est ꝑ prophetas de xp̄o (cui⁹ nūc ꝓditores ⁊ homicide fuistis) Ly. ei⁹ crucifixionē ꝓcurādo (audiētes aūt hec dissecabant' cordibus suis) Ly. q2 nō hēbant rōnem interficiēdi eū: ⁊ tm̄ oibus modis interficere volebāt. Et sic dissecabātur interi⁹: q2 passio ꝑualēs discrepabat a rōne (Et stridebāt dētib⁹ in eū) sicut canes rabidi (cū aūt eēt stephan⁹ plenus spūscto intendēs in celū) vbi fiduciā suā collocauerat (vidit gloriaʒ dei) ad ↄfortatiōeʒ suā ex spāli grā (⁊ ihm̄ stantē a dextris v̄tutis dei) Ly. ad designandū ꝙ erat parat⁹ ad ei⁹ roborationē: q2 stare ꝓpriū est adiuuātis in prelio. Sedere aūt ꝓpriū est iudicātis vel regnātis (⁊ ait. Ecce video celos apertos ⁊ filiū hois stanteʒ a dextris virtutis dei) Ly. nō est hic intelligendū ꝙ celi fuerūt diuisi cū sint incorruptibiles: sʒ q2 sic clare vidit ac si nullū esset obstaculū intermediū (exclamātes aūt voce magna) ne audirēt stephani verba (cōtinuerunt aures suas ⁊ impetū fecerūt vnanimiter in eū) nō rōne: sʒ furia moti (⁊ eiscietes eū extra ciuitatē lapidabāt) tanꝙ̄ blasphemū. Modus eīn erat blasphemos extra ciuitatē lapidari. Vn̄ dixit dn̄s ad moysē Leui. xxiiij. Educ blasphemū ⁊ obruet eū ois popl's lapidib⁹ (Et deposuerūt vestimenta sua secus pedes adolescētis qui vocabat' saulus) Ly. vt expediti⁹ ⁊ celerius euʒ interficerēt (⁊ lapidabāt stephanū inuocantē ⁊ dicentē Dn̄e ihu suscipe spm̄ meū. Positis aūt genib⁹) Ly. vt in orādo modus esset deuotus (clamauit voce magna) q2 ꝓcedebat ex affectu magno ad ꝓximorū salutē dicēs (dn̄e ne statuas illis hoc pctm̄) Ly. reseruādo eis penā eternā: sʒ da eis pn̄iam. vnde Beda Stephan⁹ pro seipo stādo orauit: sʒ pro inimicis flexis genib⁹ ⁊c. (⁊ cū hoc dixisset) ex feruore charitatis ꝑm dcm̄ saluatoris. Mathei. v. Orate ꝓ calūpniātib⁹ ⁊ ꝑsequētibus vos (obdormiuit ī dn̄o) nā aīa ei⁹ sctissima absorpta fuit in abysso sup̄ne claritatis. ⁊c. ¶ Seq̄tur ī textu. (Saulus aūt erat cōsentiens neci ei⁹. facta est aūt illa die ꝑsecutio magna in eccl'ia q̄ erat hierosolimis ⁊ oēs disꝑsi sunt ꝑ regiones iudee ⁊ samarie p̄ter aplos. Curauerūt aūt stephanū) Ly. i. decēter sepelierūt (viri timorati). i. timētes deū. iter quos gamal' fuit p̄ncipalis (⁊ fecerūt plāctū magnū sup̄ eū.

In festo scti iohis apl'i ⁊ euā.
Qui timet deū faciet bona ⁊c. quere in cōi sctōꝝ de euāgelistis.

¶ In festo sctōꝝ innocētum.
Epistola. Apocal'. xiiij.



N diebꝰ illꝭ. Vidi supra montem syō agnū stantē: ⁊ cum eo centū q̄draginta q̄tuor milia habētes nomē eiꝰ ⁊ nomen patris eiꝰ scriptū in frōtibꝰ suis. Et audiui vocē de celo tanq̄ vocē aquaꝝ multaꝝ: ⁊ tanq̄ vocē tonitrui magni. Et vocē quā audiui sicut cytharedoꝝ citharisantiū in citharis suis. Et cantabāt q̄si canticū nouū ante sedē ⁊ ante q̄tuor aialia ⁊ seniores. Et nemo poterat dicere canticū: nisi illa centū q̄draginta q̄tuor milia qui empti sūt de terra. Hi sūt qui cū mulieribus nō sūt coinquinati: ṽgines eñ sūt. Hi sequūtur agnū quocūq; ierit. hi empti sūt ex hōibus primicie deo ⁊ agno: ⁊ in ore eoꝝ nō est inuentū mendaciū. Sine macula sunt ante thronū dei.

¶ Postilla.

¶ In diebꝰ illꝭ. vidi supra mōtē. ⁊c. Lx. i. in ecclia triūphante q̄ dr mons syon: vt habet̄ Heb. xij. (agnuz stantē). i. xp̄m q̄ est agnus dei. vt habet̄ Iohā. j. ca. (⁊ cū eo centū q̄draginaq̄tuor) in tali numero venerātur pueri innocentes quoꝝ festū pagit̄ ſm illā visionē q̄ ostēsa est iohi q̄ñ a Domiciano cesare i exiliū missus fuit. vbi scripsit li. Apo. s; tñ certus numerus pueroꝝ innocentū nō repitur certitudinaliter i scrip turis (habētes nomē eiꝰ ⁊ nomē p̄ris eius scriptū in frōtibꝰ suis. Et audiui vocē de celo tanq̄ vocē aquaꝝ multaꝝ). i. multitudinis sctōꝝ (⁊ tanq̄ vocem tonitrui magni) in quo designat̄ magnitudo laudis huius. nō solū ex laudātiū multitudine: s; etiā ex modo laudis ⁊ q̄litate (⁊ vocē quā audiui tanq̄ citharedoꝝ citharizātiū in citharis suis) nā hec laus ē corā deo ⁊ āgelis eius gratiosa. (⁊ cātabāt q̄si canticū nouū) q̄ dicti laudātes sūt de numero sctōꝝ noui testamenti (ante sedē). s. dei (⁊ ante q̄tuor aialia ⁊ seniores). i. in p̄ntia sctōꝝ patriarchaꝝ ⁊ pphetarū in celo existentiū (⁊ nemo poterat dicere canticū nouū nisi illa centum q̄draginta q̄tuor milia q̄ empti sūt de terra). s. de sanguine xp̄i (hi sūt qui cū mulierib' nō sūt coinq̄nati vIrgines eñ sūt) integritatē carnis suādo (hi sequūtur agnū quocūq; ierit. hi empti sūt ex hōibus p̄micie deo). i. gratiosi sunt p̄mi fructus magis delectabiles. (⁊ in ore eoꝝ nō est inuentū mendaciū) Nā pueri isti veritatē fidei nō loquendo s; moriēdo ɔfessi sūt (sine macula sūt añ tronū dei) nā macla pcti origial' purgata fuit virtute mrij.

In cōuersiōe. s. pauli. Actu. x



Aulus adhuc spi
rans minaꝝ ꝛ ce-
dis in discipulos
dñi: accessit ad pn
cipē sacerdotū: et
petijt ab eo epl'as in damascū
ad synagogas: vt si quos inue
niret huius vie viros ac mulie
res: vinctos pduceret in ihrl'm
Et cū iter faceret cōtigit vt ap
propinq̄ret damasco. ꝛ subito
circūfulsit eū lux de celo: ꝛ ca-
dēs in terrā audiuit vocē dicē
tē sibi. Saule saule qd me per
sequeris. Qui dixit. qs es dñe
Et ille. Ego sū ihs quē tu per
seq̄ris. Durū est tibi cōtra sti
mulū calcitrare. Et tremēs ac
stupēs dixit. Dñe qd me vis
facere. Et dñs ad eū. Surge
ꝛ ingredere ciuitatē: ꝛ ibi dice-
tur tibi qd te oporteat facere.
Uiri aūt illi q̄ comitabant̄ cū
eo stabāt stupefacti: audiētes
quidē vocē: neminē aūt viden
tes. Surrexit āt saulus de ter-
ra: apertisqꝫ oculis nihil vide
bat. Ad manus aūt illū trahē
tes introduxerūt damascū. Et
ibi erat trib⁹ dieb⁹ nō vidēs ꝛ
nō mādūcauit neqꝫ bibit. erat
āt qdā discipl's damasci noīe
ananias. ꝛ dixit ad illū in visu
dñs. Anania: at ille ait. Ecce
ego dñe. Et dñs ad eū Surge
ꝛ vade i vicū q̄ vocat̄ rect⁹: ꝛ
quere i domo iude saulū noīe
tharsensem. Ecce eñ orat. Et
vidit viꝝ ananiā noīe introeū
tē ꝛ imponentē sibi man⁹ vt vi
sum recipiat. Respōdit aūt a-
nanias. Dñe audiui a multis
de viro hoc q̄nta mala fecerit
sāctis tuis in ihrl'm. Et hic ha
bet potestatē a principibus sa
cerdotū allegandi omes q̄ in-
uocāt nomē tuū. Dixit aūt ad
eū dñs. Uade qm̄ vas electio
nis est michi iste vt portet no-
mē meū corā gentibus ꝛ regi-
bus ꝛ filijs isrl'. ego eñ ostēdā
illi quāta oporteat eū pro noīe
meo pati: ꝛ abijt ananias ꝛ in
troiuit i domū ꝛ iponēs ei ma
nū dixit. saule frater dñs misit
me ihs q̄ apparuit tibi i via q̄
vēiebas vt videas ꝛ implearis
spū scto. Et confestim ceciderūt
ab oculis eius tanq̄ squame ꝛ
visum recepit. Et surgens ba
ptizat⁹ est. Et cū accepisset ci-
bū cōfortat⁹ est. Fuit autē cū
discipulis q̄ erāt damasci p di
es aliquot. Et cōtinuo ingres
sus i synagogas pdicabat ihe
suz: qm̄ hic est filius dei. Stupe

bant aūt oēs q̄ eū audiebāt: ⁊
dicebāt. Nōne hic est q̄ expug
nabat i ih'l'z eos q̄ inuocabāt
nomē istud: ⁊ huc ad hoc vēit:
vt vinctos illos duceret ad p̄n
cipes sacerdotū. Saulus aūt
multo magis cōualescebat et
cōfundebat iudeos qui habi-
tabāt damasci: affirmās quo-
niā hic est x̄ps. ¶ Postilla.
Saulus aūt adhuc spirās ⁊c.
Añ initiū illi⁹ ep̄le scribit sanctus
Lucas. q̄ discipuli q̄ erāt dispersi
post lapidationē sācti stephani p
trāsibāt euāgelizātes vbū dei. phi
lippus āt descēdens in ciuitatē sa-
marie p̄dicabat illis x̄pm. Intēde-
bāt aūt turbe his q̄ a philippo di
cebātur vnanimiter audiētes ⁊ vi
dentes signa q̄ faciebat. multi eñ
eoꝝ q̄ hēbant sp̄us immūdos. i.
diabolos clamantes voce magna
exibāt. multi autē palitici ⁊ claudi
curati sunt. factū est ergo gaudiū
magnū in illa ciuitate. Tūc post-
modū seq̄tur ep̄la hodierna (Sau
lus āt adhuc spirās) Ly. i. ex vehe
mēti sp̄u ignē p̄secutiōis in se accē
dēs. Et in alijs ɔtra ecclesiā (mina
rū) in verbis iniuriosis (⁊ cedis). i.
verberib⁹ ⁊ flagellis (in discipľos
dn̄i). i. ɔtra credētes in x̄pm q̄ tūc
dicebātur discipli: q̄ nondū noīa
bant x̄piani (accessit ad p̄ncipē sa
cerdotū) Ly. nō vocat⁹: ꝫ se inge-
rēs volūtate nocēdi inflamatus (⁊
petijt ab eo ep̄las) vt ex ei⁹ aucto-
ritate magis possꝫ nocere fidelib⁹
(in damascū ad synagogas) Ly. vt
ibi persequeret credētes sicut fece
rat in ih'l'm (vt si quos inueniret
hui⁹ vie viros ac mulieres victos
pduceret in ih'l'm. Et cū iter face-
ret ɔtigit vt appropinq̄ret damas
co: ⁊ subito circumfulsit eū lux de
celo) Ly. sicut solet fieri in choruscatōe ⁊ fulgure (⁊ cadēs in terrā) p̄
stupore ⁊ admiratiōe (audiuit vo-
cē). s. auditu corporis ⁊ mētis (di-
centē sibi. Saule saule) hec dupli-
catio fit ad magis mouendā ei⁹ at
tentionē (q̄d me p̄seq̄ris). s. in mē-
bris meis q̄ perseq̄bat saulus: ⁊
⁊ nō x̄pm in p̄pria p̄sona: q̄ iā se
debat ad p̄ris dexterā glīosus (qui
dixit: q̄s es dn̄e ⁊c. durū est tibi cō
tra stimulū calcitrare). i. potētiori
te incōparabilr resistere (⁊ tremēs
ac stupēs) de cognita x̄pi potesta
te quē ante nō credebat in celo re
gnare: ꝫ magis vt falsum p̄phetā
cū dāpnatis esse (dixit: dn̄e q̄d me
vis facere). q. d. ex nūc facere pa-
ratus suꝫ tibi in oibus obedire. (⁊
dn̄s ad eū. surge ⁊ ingredere ciuita
tē ⁊ dicet tibi q̄d te oportet face-
re) in hoc ondit x̄ps q̄ vult q̄ vn⁹
hō informet ab alio (viri aūt illi q̄
comitabātur cū eo stabāt stupe-
facti: audiētes quidē vocē). s. pau
li: nō aūt x̄pi. q̄ audiebant paulū
dicentē: q̄s es dn̄e q̄d me vis face-
re (neminē aūt vidētes) q̄ nō vide
bāt alicꝫ personā ad quā dirigeret
sermonē. ideo stabant stupefacti.
(surrexit aūt saulus de terra: aptis

q3 oculis nihil videbat ꝛc). Ly. s. visu corpali. videbat āt visu mēta li qꝛ scōꝝ doctores cōiter in illo tri duo fuit rapt⁹ vsq3 ad celū tertiū(ꝛ n̄ mādu cauit neq3 bibit). Ly. su stētatus illa visiōe sicut ꝛ moyses .xl. dieb⁹ in mōte synai(erat aūt q̄ dā discipl's damasci noīe ananias) Ly. qui de iudaismo ad fidem xp̄i cōuersus fuit scīa ꝛ vita famosus (ꝛ dixit ad illū i visu dn̄s. ananias at ille ait. Ecce ego dn̄e ꝛc. Lyra. hospes eni pauli iudas vocabat (saulū noīe tharsensē).i. de tharso oriūdū(ecce eni orat)ē eni oīo ele uatio mētis in deū: vt inq̄t hugo in de oīone. Fuerat āt vsq3 ad ter tiū celū rapt⁹ ꝛ ex illo raptu egref sus deo grās agebat(ꝛ vidit)in re uelatiōe dn̄i(viruz ananiā noīe)ita q̄ reuelatio fuit sibi facta nō solū de psona: s3 ēt de ꝑprio noīe(itro euntez ꝛ iponēte sibi manus vt vi suz recipiat) Ly. hec aūt ipositio erat ad curationē corpalē: sicut de btō laurētio legit q̄ ponebat ma nus sup cecoꝝ oculos ꝛ illumina bant.(rn̄dit aūt ananias)Ly. se ex cusando: eo q̄ saulus erat famos⁹ in psecutiōe credētiū in xp̄m(Dn̄e audiui a multis de viro hoc q̄nta mala sctis tuis fecerit i hierl3 ꝛc.) .i. spālr vas electū grē ꝛ scie cōtē tiuū(vt porter nomē meū).s. ope ꝛ p̄dicatiōe(corā gētib⁹ ꝛ regibus ꝛ filijs isrl̄. ego eni on̄dā illi.s. per effectū(q̄nta oporteat eū pati pro noīe meo)qꝛ per multas tribula tiōes oportet nos itrare in regnuz celoꝝ(ꝛ abiit ananias)ad exeq̄ndū dn̄i mādatū(ꝛ itroiuit in domū ꝛ i ponēs ei man⁹ ꝛ dixit. Saule fr̄ do min⁹ misit me ih̄s q̄ appuit tibi i via q̄ veniebas vt videas ꝛ implea ris spūsctō ꝛ cōfestim ceciderūt ab oculis eius tāq̄ squame. Ly. i. ma cule albe ꝛ dure. sicut sūt squame piscīū q̄ causate fuerūt in eo a luie excessiuo ipm excecāte(ꝛ visuz re cepit ꝛ surgēs baptizat⁹ ē). s. i noīe iesu xp̄i(ꝛ cū accepisset cibū cōfor tat⁹ ē)duplici cōfortatiōe. s. spū et corpe(fuit aūt cū discipl'is q̄ erāt damasci p dies aliquot: ꝛ cōtinuo igressus synagogā p̄dicabat iesuz q̄m hic ē filius dei)statim post ba ptismū. Ex illo p3 q̄ doctrinā euā gelicā nō habuit ab hoīe: s3 a dō. (stupebāt aūt oēs q̄ eū audiebāt) d tāta subita mutatōe p quā atro cissim⁹ fidei psecutor fact⁹ fuerat cōstātissim⁹ eius p̄dicator(ꝛ dice bāt. Nōne hic ē q̄ expugnabat in hierl'm eos q̄ inuocabāt nomē istō ꝛ huc ad hoc venit vt vinctos il los duceret ad p̄ncipes sacerdotū Saul⁹ aūt multomagis cōualesce bat). s. pcedēs sp de bono i meli⁹ (ꝛ cōfundebat iudeos q̄ hitabant damasci: affirmās q̄m hic ē xp̄s). Ly. i. q̄ ih̄s nazaren⁹ ē vere xp̄s in lege ꝛ pp hetis p̄missus. Qd̄ decla rabat per scripturas veteris testi q̄s pus didicerat a gamaliele ꝛ po stea multo pfecti⁹ a deo illustrāte.

¶ In festo purificatiōis sctē marie virginis Malachi.iij.



Ec dicit dñs de us. Ecce ego mit to angelū meuz ꝛ pparabit viā āte faciē meā: ꝛ statiȝ veniet ad tēplū scm̄ suū dñator quē vos q̄ritis ꝛ angelus testamēti quē vos vultis. Ecce venit dicit dñs exercituū Et q̄s poterit cogitare diē ad uētus eius. Et q̄s stabit ad videndū eum. Ipse eni q̄si ignis cōflans: ꝛ q̄si herba fullonuȝ. Et sedebit cōflans ꝛ emūdās argētū ꝛ purgabit filios leui. ꝛ colabit eos q̄si aurū ꝛ quasi argētū. ꝛ erūt dño offerētes sacrificia in iusticia: ꝛ placebit dño sacrificiuȝ iuda ꝛ hierl'm sicut dies scl'i ꝛ sicut āni antiq̄ dicit dñs ops. ¶ Postilla.

¶ Hec dicit dñs deus ꝛc. In p̄nti ep'la nūciat̄ vterq; aduētus xp̄i. s. in carnē ꝛ in iudiciū: ꝛ p̄mo denūciat̄ primus aduētus in carnē cuȝ dr̄ (hec dicit dñs deus. s. p̄r (Ecce ego mitto angelū meū) Ly. idest ioānem baptistā qui magis duxit in teris vitā angelicā q̄ humanā. q̄ eni hec scriptura itelligitur de ioāne baptista. hoc p3 Mathei. xj. vbi xp̄s dixit d ioāne. hic est de quo scriptuȝ est. (Ecce ego mitto angeluȝ meū ꝛ p̄parabit viam ante faciē meā). i. ante filiū meum: q2 p̄dicatio ꝛ baptismus ioānis fuerūt q̄ðaȝ p̄paratiōes ad baptismū ꝛ p̄dicationē xp̄i (ꝛ statim veniet ad tēpluȝ scm̄ suum). i. in hierl'm. q2 ibi xp̄s hodie fuit oblatus a matre ꝛ receptus a symeone Et postmodū ibi pluries predicauit: ꝛ ibidē multa miracula fecit. (dñator quē vos q̄ritis). i. quem vos desideratis (ꝛ angelus testi). i. xp̄s qui fuit nūcius noui testamēti (quē vos vultis) videlicet iesus xp̄us desideratus a sctis p̄ribus ꝛ prophetis. Scd'o denūciat̄ hic aduētus xp̄i ad iudiciū cuȝ dr̄. (Ecce venit dicit dñs exercituū (Ly. i. veniet certitudinaliter ad iudiciū (Et quis poterit cogitare diē aduētus eius. q. d. nullus. Un̄. Math. xxiiij Die illa ꝛ hora nemo scit neq; angeli celorū nisi solus pater (ꝛ quis stabit). i. poterit stare (ad videndū euȝ) Ly. q2 sicut primus aduētus fuit in humilitate ꝛ māsuetudine: ita ꝛ secūd' erit in potestate ꝛ terrore (Ipe eni quasi ignis conflans ꝛ quasi herba fullonū). Ista referūtur ad primū ꝛ secundū aduētuȝ cuȝ eni dicit̄. Ipe eni quasi ignis cōflans ad scd'm aduentuȝ ptinet: ꝛ quasi herba fullonū ad primuȝ. Nam herba fullonū qua vtuntur fullones ad purificandū vestes ꝛ faciendūȝ eas nitidas: mitius ꝛ suauius lauat sordes pannoꝝ. Ignis autē cuȝ magna violentia purgat metallū: sic in primo aduentu xp̄s cum magna māsuetudine ꝛ quadā suauitate penitētie purgauit pctō

res. In scdo aductu purgabit per ignē.(ꝛ sedebit dñs).s. in iudicio (cōflans ꝛ emundās argentū) qꝛ sicut argentū cōflatur in igne vt purget: emundatū autē in thesauros reponit: sic fiet in die iudicij. nā in igne purgabunt electi qui nōdum plene sunt purgati in purgatorio quatenus purgati transeunt in thesauros dñi. vt sint ibi ꝗ si aurum ꝛ argentū) ꝛ purgabit filius leui) per leui hic intelligit sacerdotalis dignitas purgādi: ergo sunt ministri sacerdotalis officij (ꝛ colabit eos quasi aurum ꝛ quasi argētum) ad perfectā mundiciā deducendo(ꝛ erunt offerentes dño. sacrificia in iusticia).s. operum(ꝛ placebit deo sacrificiū).s. oblatū (pro iuda ꝛ hierlm).i. pro hoībus actiuis qui intelligunt per iudam ꝛ contēplatiuis qui intelligunt p hierlm(sicut dies seculi ꝛ sicut anni antiqui).i. sicut placuit sacrificium abel melchisedech ꝛ abrahā ꝛ alioꝝ sctōꝝ patrum in seculis preteritis ꝛ annis antiquis(dicit dñs oīpotens).

¶ In cathedra sancti petri apostoli. j. petri. j.



Etrus apl'us iesu xpi electis aduenis dispersionis ponti galathie capadocie: asye ꝛ bithynie scōm prescietiā dei pris in sanctificationē spiritus in obedientiā ꝛ aspersionē sanguinis iesu xpi: gra vobis ꝛ pax multiplicet. Benedictus de9 ꝛ pater dñi nři iesu xpi: q scōm suā miam magnā regenerauit nos in spem viuā per resurrectionē ihesu xpi ex mortuis in hereditatē incorruptibilē ꝛ incōtaminatā ꝛ immarcessibilem cōseruatam in celis: in vobis qui in virtute dei custodimini per fidē in salutem paratam reuelari in tēpore nouissimo in quo exultabitis modicū nunc si oportet contristari in varijs tēptationibus vt probatio fidei vestre multo preciosior sit auro qd p ignem probat. Inueniat in laudē ꝛ gloriā ꝛ honorē in reuelatiōe ihu xpi. ¶ Postilla.

¶ Petrus apl'us iesu ꝛc. Notandū ꝙ symō petrus fili9 iohāna puincie galilee vico de bethsaida frater andree apli discipl'us saluatoris: scribit hāc eplaꝫ pselitis.i. his ꝗ pmo de gētilitate ad iudaismū.ꝛ postmodū de iudaismo ad xpm cōuersi erāt. Qui p fide xpi patiebant: ꝛ dispsi erāt post lapidationē scti stephani. Illis scribit a roma tempe Claudij cesaris. Unde hic dicitur.(Petrus). Lyra. primo eni vocatus fuit symō: sed postea a xpo a quo noiat9 ē petr9 a petra

que ē xp̄s propter fidei firmitatē (ap̄ls iesu xp̄i)idest missus a ihesu xp̄o. Gloȝ. Ecce nomē officij:nobile officiū ē esse nūciū siue legatū xp̄i(electis).s.a deo ad fidē catholicā(aduenis.s.q̄ de gētilitate venerāt ad iudaismū ⁊ de iudaismo ad fidē xp̄i(dispsiōis(.i.q̄ sūt de disp̄siōe ⁊ extra terrā iudee:⁊ illis videtur btūs petr⁹ spāliter scribere.qd̄ pȝ ex hoc q̄ subdit(pōthi). Gloȝ. p̄uincie grecie ē iuxta mare(galathie)alia p̄uincia ē a qua galathe dicti sūt(asye)minoris.s.in q̄ p̄dicauit ioānes euāgelista.asya vero maior media ps orbis (bithynie) alia p̄uincia:⁊ oēs iste p̄uicie sūt grecorū. In his prouincijs dispsi erāt(bm p̄ntiā dei p̄iis) Ly. ⁊ accipit hic p̄ntia pro p̄destinatiōe(in sctificatiōeȝ sp̄us). Ly. talis eni sāctificatio appropriat sp̄ūi scō (in obediētiā).i.p̄ obediētiā(⁊ asp̄sionē sāguinis iesu xp̄i)q̄ fuit obediēs vsq; ad mortē mortē āt crucis Phil.ij.ab hac aūt passiōe habēt efficaciā oia sacra noue legis q̄ sūt īstrumēta nr̄e sctificatiōis(gr̄a vobis)in p̄nti(⁊ pax)in futuro(multiplicet)q: tūc q̄etabit tot⁹ hois appetit⁹(Bn̄dict⁹ de⁹) Ly. q̄tū ad totā trinitatē(⁊ pr̄ dn̄i nr̄i ihu xp̄i q̄ bm magnā miam suā) Ly. ⁊ nō bm merita nr̄a(regenerauit nos). .s.in sacro baptismi per qd̄ efficimur filij dei adoptiui(i spē viuā) idest certā.(per resurrectionē iesu xp̄i ex mortuis)per quā hēm⁹ certitudinē future glificatiōis. q: cuȝ esset hō passibilis sicut ⁊ nos ad vitā imortalē resurrexit. Et q: filij adoptiui hn̄t ius in hereditatis p̄ticipatiōe:iō subdit(i hereditatē) Gloȝ. in futuro habēdā(incorruptibilem) Ly. nā hereditas celestis nūq̄ deficit(⁊ ī cōtaminatā)q: nihil in mūduȝ recipit(⁊ īmarcessibilē)nā suū decorē nūq̄ minuit(cōseruatā in celis)Re.nō in p̄nti dādaȝ ſȝ tp̄e p̄finito reddēdā(in vob).i. per illud qd̄ in vobis ē per grāȝ ⁊ liberū arbitriuȝ per bona merita vr̄a(q̄ custodimini in virtute dei) nō vr̄a. Un̄ ps. cxxvj. Nisi dn̄s custodierit ciuitatē(per fideȝ)qui facit hoīes fortes ad perseuerāduȝ. (in saluteȝ) Ly. cōsequenda(paratam reuelari). ⁊ ostēdi ⁊ dari q̄ mō latet(in tp̄e nouissimo) Ly. i.in finali iudicio. Nā electi apparebūt gliosi ī aīa ⁊ in corpe(in quo).s. tp̄e nouissimo(exultabitis).s.eternaliter(modicū nūc sic oportet cōtristari) Ly. tp̄aliter(in varijs tēptatiōib⁹) Gloȝ. tam īterioib⁹ q̄ ad ipaȝ multiplicitatē. vn̄ ps. xxxiij. Multe tribulatiōes iustoȝ. ⁊ Act. xiiij. Per multas tribulatōes oportet nos īrare in regnū celoȝ(vt p̄batio fidei vr̄e mlto preciosior sit auro qd̄ per ignē probat) Ly. sicut auruȝ in fornace proiectū inde nō deteriorat:ſȝ purius ⁊ melius efficit:sic ⁊c.(iueniat) Gloȝ. i.cedat(in laudē)hoīuȝ(⁊ glīam) angeloȝ(⁊ honorē) dei(In reuelatiōe ihu xp̄i dn̄i nr̄i).i.tp̄e iudicij quo xp̄s manifestabit gliam electoȝ.

¶ In festo math. apli Act. j.



Xurgēs petr⁹ i medio fratrū suorū dixit. Erat aūt turba hoīm simul fere centū viginti. Viri frēs opoꝛtet iplere scripturā quā pdixit spūssctus p os dauid de iuda: q̄ fuit dux eoꝝ q̄ cōprehēderūt iesuꝫ q̄ cōnumerat⁹ erat i nobis ꝛ soꝛtit⁹ ē soꝛtē misterij hui⁹ ꝛ hic q̄dē possedit agrū de mercede iniq̄tatis ꝛ suspēs⁹ crepuit medi⁹ Et diffusa sūt oīa viscera ei⁹ ꝛ notū factū ē oīb⁹ habitātib⁹ hierlm: ita vt appellaretur ille lingua eoꝝ acheldemach. hoc ē ager sāguīs. Scriptū ē ení in libro psalmoꝝ: fiat cōmēoꝛatio eoꝝ deserta. et nō sit q̄ inhītet in ea: ꝛ epatuꝫ ei⁹ accipiat alter. opoꝛtet ergo ex his viris q̄ nobiscū sūt congregati vt oī tpe quo itrauit ꝛ exiuit iter nos dn̄s ih̄s icipiēs a baptismate iohīs vsq̄ in diē q̄ assūpt⁹ ē a nobis testē resurrectiōis ei⁹ nobiscū fieri vnuꝫ ex istis. ꝛ statuerūt duos ioseph q̄ vocat̄ barsabas q̄ cognominat⁹ est iust⁹ ꝛ mathiā: ꝛ oꝛantes dixerūt. tu dn̄e q̄ coꝛda nosti oīum: ondē quē elegeris ex his duob⁹ vnū accipe locū misterij hui⁹ ꝛ aplat⁹ de quo puaricat⁹ ē iudas vt abiret in locuꝫ suū. ꝛ dederūt soꝛtes eis: ꝛ cecidit soꝛs sup mathiā ꝛ annumerat⁹ est cū vndecim aplīs.

¶ Postilla.

¶ Exurgēs petrus in medio. ꝛc. Añ initiū illi⁹ eple scri. san. lucas in eodē. c. di. q̄ postq̄ xp̄s in die ascēsiōis videtib⁹ discipulis eleuat⁹ ē in celū. Tūc oēs simul reuersi sunt hierosolymā a mōte q̄ vocat̄ oliueti: qui ē iuxta hierosolymā sabbati hñs iter. Lyra. i. mille passus: q2 nō lꝫ iudeis in sabbato vltra tale speciū ābulare. Et cū introissēt in cenaculū ascēdebāt vbi manebāt petrus ꝛ iohēs ꝛ iacob⁹ andreas philipp⁹ ꝛ thomas bartholome⁹ ꝛ matheus iacobus alphei. s. filius hoc dr̄ ad drīaꝫ alterius iacobi q̄ fuit filius zebedei. ꝛ symō zelotes ꝛ iudas iacobi. hoc dr̄ ad drīam iude pditoꝛis. Hi oēs erāt pseuerātes vnanimiter in oīone cuꝫ mulieribus. Ly. deuotis q̄ erant secute ihm a galilea. Et maria matre iesu ꝛ frībus eius. i. alijs de cognatiōe iesu quoꝛum plures erant ibi ꝛc. Tūc statim seq̄t p̄ns epla. (In dieb⁹ illis (Ly. i. tpe medio inter ascēsionē dn̄i ꝛ pēthecostes. (Exurgēs petrus) tanq̄ pincipalis (erat aūt turba hoīꝫ simul fere cētū viginti. Viri frēs opoꝛtet.

impleri scriptura quã p̄dixit spūs
sctūs p os dauid(Cui⁹ verbuz nõ
pōt esse falsuz)de iuda q̄ fuit dux
eoꝝ q̄ cõprehēderūt ihm qui con
nuerat⁹ erat in nob̄. Ly.i. vnus de
.xij.aplis(⁊ sortit⁹ ē sortē misterij
hui⁹ Ly.i.dignitatē aplicā quã ha
buit p xp̄i electionē sicut dr̄ Joh̄.
vj. Nõne.xij.vos elegi ⁊ vnus ex
vob̄ diabol⁹ ē:sors eni aliqñ acci
pit̄ pro pte ⁊ sic accipit̄ hic: q: in
ptē aploꝝ vocat⁹ ē(⁊ hic q̄dē pos
sedit agrū de mercede iniquitatis)
Ly.i.possideri fec̄ ab alijs. q:.xxx
denarijs quib⁹ iniq̄ xp̄m vēdide
rat i tēplū piecit ex quib⁹ p̄ncipes
sacerdotū emerūt agrū pro sepul
tura pegrinoꝝ vt hr̄ Math̄. xxvij
⁊ ēt aliq̄ volūt q̄ iudas fuit ibi se
pult⁹ ⁊ sic possedit agrū illū(⁊ su
spēsus crepuit medius .Et diffusa
sūt oia viscera eius)Ly. vt pena re
spōderz culpe. Justū eni erat vt vi
scera q̄ tantā pditiōem cõceperāt
enormiter de vētre caderēt(⁊ notū
fctm̄ ē). s.enorme factū iude(oib⁹
hitātib⁹ hierl̄m: ita vt appellaret̄
ager ille). s.emptus de p̄cio sāgui
nis xp̄i(lingua eoꝝ).i. p̄ncipū sa
cerdotū q̄ emerūt agrū illū(achel
demach hoc ē ager sāguis. Scrip
tū ē eni in libro psalmoꝝ: fiat cõ
moratio).i.hitatio(eorū deserta ⁊
nō sit q̄ inhitet in ea)Hoc scribit̄
in p̄s.lxviij .In quo p̄dixit dauid
penā sacerdotū xp̄i mortē pcurā
tiū. In penā eni mortis xp̄i tēpluz
⁊ ciuitas hierl̄m fuerūt cōbusta p
romanos ⁊ sacerdotes ptim iterfe
cti. ⁊ ptim captiui(⁊ epatū eius ac
cipiat alter). Hoc hr̄ p̄s.cviij. in
quo dauid p̄dixit penā iude pdito
ris qui xp̄z vēdidit p̄ncipib⁹ sacer
dotū. Jsto eni iuda per suspēsionē
mortuo mathias successit ei i apl'a
tu. Apl'at⁹ vel epat⁹ dr̄. Uñ iā epi
successores sūt aploꝝ. vt dr̄ in de
cretis. Et hoc ē q̄d dr̄ hic ⁊ epatū
eius accipiat alter. s. sctūs mathi
as(oportet ergo) ad reintegrāduz
numeꝝ aplicū(ex his viris qui no
biscū sūt cōgregati in oī tpe quo
itrauit ⁊ exiuit iter nos dñs iesus.
Ly. s. qui p experiētiā nouerūt cõ
uersatiōez ei⁹ ihu xp̄i(icipiēs a ba
ptismate ioānis vsq3 in diē q̄ assū
ptus ē a nob̄) Ly. nō eni legit̄ ih3
docuisse publice ⁊ miracl'a fecisse
nisi postq̄ baptizat⁹ fuit a ioh̄e(te
stē resurrectiōis eius nobiscū fieri
vnū ex istis: ⁊ statuerūt duos) Ly.
tāq̄ magis notabiles(ioseph q̄ vo
cat⁹ ē barsabas q̄ cognominat⁹ ē
iust⁹: ⁊ mathiā) Ly. l3 eni istos du
os elegissent vt notabiliores alijs
tn̄ ignorabāt q̄s eoꝝ esset dignior
ad apl'atū: ppterea sup hoc iplo
rauerūt diuū iudiciū(⁊ orātes dixe
rūt. Tu dñe qui nosti corda oīuz:
oñde quē elegeris ex his duobus
vnū accipe locū ministerij huius
⁊ apl'at⁹ de quo p̄uaricat⁹ ē iudas
vt abiret in locū suū: ⁊ dederūt sor
tes eis). Beda sup act⁹ aploꝝ. Ma
thias añ pēthecostes ordinād⁹ sor
te q̄rit̄: q: nōdū plenitudo spūs sā
cti in eccl'ia effusa ē. Septē aūt dya
coni postea nō sorte: sed electione
aploꝝ sūt ordinati ppter hoc phi
bet̄ rōnabl'r talis electio; extra de

sorti.ca.vlti.nõ tamē peccauerūt apli eligēdo mathiā p sortē: qꝛ nō dū erat ꝓhibitū. Et qꝛ hoc fecerīt familiari ꝯsilio spūsſcti qđ nō est retrahēdū ad ꝯsequētiā(ꝛ cecidit sors sup mathiā) Ly. Iste ioseph fuit cognatꝰ xpi ꝛ tñ sibi ꝓpositꝰ mathiā p hoc oñdēs ꝙ ad officia ecclesiastica nō sūt hoīes ex ꝯsan guinitate promouēdi(ꝛ ānumera tus est cum vndecim aplis).

¶ In festo annūciatiōis marie virginis Ysaye.xj.



Egrediet̄ virga de radice iesse: ꝛ flos ð radice eiꝰ ascēdet: ꝛ reqēscet sup eū spūs dñi: spūs sapie ꝛ itellectꝰ spūs ꝯsilij ꝛ fortitudinis spūs scie ꝛ pietatis: ꝛ replebit eū spūs timoris dñi. nō scdꝫ visionē oculoꝝ iudicabit. neqꝫ scdm̄ auditū auriū arguet. sꝫ iudicabit i iusticia paupes: ꝛ arguet i eqtate ꝓpter mãsuetis terre: ꝛ ꝑcutiet terrā ỽga oris sui: ꝛ spū labioꝝ suoꝝ iterficiet ipiū Et erit iusticia cingulū lūboꝝ eiꝰ ꝛ fides cictoriū renū eiꝰ. Po.

¶ Egrediet̄ ỽga de radice ꝛc. Sciēdū ꝙ ista ꝓphetia expōit̄ ad lraꝫ de xpo a doctorībꝰ catholicis iudei tñ adhuc expectāt futurꝰ qđ nos xpiani dicimus ipletū in xpo ihū Et ſm hoc dr̄ h. (Hec dic̄ dñs Egrediet̄ ỽga ð radice iesse) Ly. i. ỽgo maria q̄ dr̄ ỽga gracilis paupertate ꝛ hūilitate: flexibꝰ pietate(ꝛ flos de radice eiꝰ ascēdet). i. xps q̄ dr̄ flos rōne puritatis: qm̄ nullū pctm̄ actuale seu oriğinale habuit i eo locū. j. petri. ij. q̄ pctm̄ nō fecit nec iuētꝰ ē dolꝰ in ore eiꝰ. Et qꝛ ꝑtulit fructū nr̄e salutis. Et dr̄ ascēdet de radice iesse: qꝛ pr̄ dauid vocatus fuit isay ꝛ iesse. Xps āt descēdit de dauid(ꝛ reqēscet sup eum spūs dñi) Ly. qꝛ i baptismo eiꝰ apparuit spūsſctūs in specie colūbe sup eū. Math. iij. Ad designādum plenitudinē oīs grē in eo(spūs sapiētie). Ly. i. doctor sapie vl' spūs q̄ est sapiā(ꝛ itellectꝰ: spūs ꝯsilij ꝛ fortitudinis: spū scie ꝛ pietatis: ꝛ replebit euꝫ spūs timoris dñi). Ly. Ista oīa dona ꝑfectissime fuerūt in aīa xpi q̄ fuit ꝑfectissima in oībus donis ꝛ carismatibꝰ spūsſcti(nō ſm visionē oculoꝝ) coꝛpaliū(iudicabit) qꝛ xps p sciaꝫ suam cognoscit oīa q̄ sūt fuerūt vl' erūt q̄tūcūqꝫ sūt occulta: qꝛ hō videt ea q̄ patēt: deus āt intuet̄ coꝛ(neqꝫ ſm auditū auriū arguet) Ly. i. nō idigebit edoceri de veritate ab aliquo: qꝛ p seipm̄ cognoscit. vñ Ioh. ij. Opus ei nō erat vt q̄s testimoniū perhiberet de hoīe. Ipse eni sciebat q̄d esset in hoīe(sed iudicabit i iusticia pauperes). s. euāgelicos iudicās eos diuitijs celestibus dignos. Unde Mathei. v. Beati pauperes spiritu: quoniā ipsorum est regnuꝫ celoꝝ(ꝛ arguet in eq̄tate pro mãsuetis terre.) Ly. qđ

fuit ipletū qñ phariseos arguit p aplis quos notabāt false de trāsgressiōe sabbati. s. qñ euellabant spicas manib⁹ in die sabbati(⁊ p cuciet terrā).i. hoīes terrenos(virga oris sui).i. doctrina sua arguendo eoꝝ pctā(⁊ spū labioꝝ suoꝝ interficiet ipiū)Ly.i. antixp̄s scđz q dr. if. ad Thes. ij. Et tūc reuelabit ille iniquus quē dñs ihs iterficiet spū oris sui: ⁊ destruet illustratiōe aduētus sui(⁊ erit iusticia cingulū lūboꝝ eius ⁊ fides cinctoriū renū ei⁹)Ly.i. iusti ⁊ fideles adherebūt sibi: sicut cingulū ⁊ lūbare adherēt hoī. ⁊ hoc p₃ ipletū in aplis: alijsq₃ discipulis ⁊ fidelib⁹ sibi p fidē ⁊ charitatē adherētibus.

¶ Itē in eodē festo scđm seculares. Isa. vij.



In dieb⁹ illis locutus ē dñs ad achaz dicēs. pete tibi signum a dño dō tuo in pfundū iferni: siue in excelsū supra. Et dixit achaz. Nō petā ⁊ nō tēptabo dñz. Et dixit audite ergo dom⁹ dauid. Nūqd parū ē vobis molestos eē hoībus: q₃ molesti estis ⁊ dō meo ppter hoc dabit dñs ipē vobis signū. Ecce ỽgo cōcipiet ⁊ piet filiū ⁊ vocabit nomē ei⁹ emanuel. Butyrū ⁊ mel comedet: vt sciat reprobare malū ⁊ eligere bonū. ¶ Postilla.

¶ In dieb⁹ illis locut⁹ ē dñs ⁊c. Ista scriptura Isa. pphe loqt de dño ihū xp̄o vn̄ dr. (In diebus illis). s. qñ Isayas pphetauit(Locutus ste dñs)p Isayā pphetā(ad achaz) q̄ fuit ydolatra pessim⁹ ⁊ regnauit. xvj. ānis in hierl̄z. Cui Isayas ppheta pdixit liberationē populi ⁊ potētiā duoꝝ regū. s. regis syrie ⁊ regis samarie. p quā liberationez figurabat ꝯa liberatio generis hūani de ptāte hostis āti qui. Uerūtñ q₃ achaz credere noluit: tūc dixit Isayas(pete tibi signū)Ly. liberationis tue ⁊ ppli tui ab hostibus(a dño deo tuo)Ly. ⁊ nō ab ydolis q̄ tu colis(in pfūdū iferni). s. vt aliq̄s reducat ab inferis ⁊ annūciet tibi sicut factū fuit i trāsfiguratōe dñi: qñ venit moyses ab iferis. ⁊ apparuit cū helya q̄ adhuc ē i paradiso(siue in excelsuz supra)ac si dicat si vis hr̄e signuz de celo sicut habuit ezechias rex qñ sol decē lineis regressus ē: ⁊ tpe Josue: qñ sol ⁊ luna steterūt i bello gabaon(⁊ dixit achaz nō petā)Siquidē achaz signū petere renuit: ne i signo glificaret dñs. ⁊ vilipenderent ydola q̄ colebat: ⁊ iō dixit. Nō petā ⁊ vt excusatiōez haberet nō petēdi subiūxit(⁊ nō tēptabo dñz)ac si diceret: si peterē signū tēptarē deū: ⁊ facerē cōtra legē q̄ dixit Math. iiij. Nō tēptab dñm deū tuū. Sz ex quo iussus fuit pete

re debuisset. Tamē alia translatio habz. Nō petā ꝛ nō exaltabo dn̄z q̄si. d. Nullo vt dato signo exaltet deus ꝑpter qđ Isayas ꝑpħa intulit dicēs (Audite ergo dom⁹ dauid) q̄si. d. Rex nō vult audire audiatis vos dom⁹ dauid (Nūq̇d paꝝ vob̄ ē molestos esse hoibus). i. ꝑphis quos sepe molestabāt deridēdo: affligēdo: ꝛ occidēdo. vt patz. iiij. Regū. ꝛ. ij. li. Paral, in plurib⁹ locis (q2 molesti estis ꝛ deo meo). s. signum ab eo oblatū renuēdo ne nomē eius glificet (ꝑpter hoc). s. ad declarationez nois sui ꝑncipl̄r (dabit dn̄s ip̄e vobis signuz). s. liberatiōis vr̄e q̄uis sitis ingrati: q2 deus multa bona facit iuitis ꝛ ingratis. Ut dr̄ Math. v. Pr̄ vr̄ celestis solē suum oriri facit suꝑ bonos ꝛ malos ꝛc. (Ecce virgo cōcipiet ꝛ pariet filiuz) Ly. btā virgo maria a ꝑphetis denūciata q̄ concepit ꝛ ꝑpit manēs virgo (ꝛ vocabit nomē eius emanuel) qđ ē interpretatū nobiscū de⁹ (Butyruz ꝛ mel comedet) Ly. hoc dr̄ ad denotādūz verā eius humanitatē: q2 talibus nutrit hō: maxime in pueritia (vt sciat reprobare maluz ꝛ eligere bonū (Nā ipi⁹ xp̄i īfantia nō minuit eius sapiaz. Nec plus sciuit adult⁹ q̄ ꝑuulus: sꝫ plus ostēdit sapiam suā adult⁹ q̄ ꝑuulus.

¶ In festo ap̄loꝝ phillippi ꝛ iacobi. Sapiētie. v.

f Tabūt iusti in magna cōstātia aduers⁹ eos q̄ se angustiauerūt: ꝛ q̄ abstulerūt labores eorū vidētes turbabūt timore horribili: ꝛ mirabunt in subitatiōe īspirate salutis: dicētes itra se pniaz agētes ꝛ pro angustia sp̄ūs gemētes. Hi sunt quos aliqn̄ habuim⁹ i derisū ꝛ i silitudinē iproperij. Nos insensati vitā illoꝝ estimabam⁹ insaniā ꝛ finē illoꝝ sine honore. Ecce quō cōputati sūt iter filios dei ꝛ iter sctōs sors illorum est. ¶ Postilla.

¶ Stabūt iusti in magna cō. Ly. s. tpe iudicij (in magna cōstantia) q2 ꝑfecte iudicabūt (aduersus eos q̄ se angustiauerūt) Ly. iferendo nocumētū eis in ꝑsonis (ꝛ qui abstulerūt labores eoꝝ) eis nocendo in reb⁹ tpilib⁹ (vidētes aūt turbabunt timore horribili: ꝛ mirabunt in subitatiōe īspirate salutis dicētes) Ly. q2 videbūt iustos gloriosos in corꝑe ꝛ aīa qđ nō crediderāt futurū (ꝛ pre angustia sp̄ūs gemētes itra se pniaz agētes) sꝫ sine fructu. Tū q2 sūt extra statum meriti ꝛ demeriti. Tū q2 nō dolēt ꝑpter offensā dei: sꝫ ꝑpter penas inferni (Hi sūt quos aliqn̄ habuimus in derisū). s. in p̄nti vita (ꝛ in silitudinē iproperij) Ly. q2 improperātes aliq̄b⁹ ponebāt xp̄ianos in exēplū dicētes: ita miser fias sicut talis xp̄ianus vel iustus (Nos insensati) Ly. ꝑ ignorātiā futuroꝝ

bonorū(vitā illorū estimabamus insaniā)eo ꝙ cōtēnebāt tpalē feli citatē ⁊ ꝓſperitatē(⁊ finē illoꝝ ſine honore) qꝛ moriebant in cōtēptu pn̄tis vite(quō cōputati ſunt iter filios dei). i. iter angelos(⁊ iter ſctos ſors illoꝝ ē)ad quoꝝ ꝯſortiū tūc erūt aſſumēdi cū corpe ⁊ aīa.

¶ In festo inuentiōis ſctē cru cis ad Gal. v.



Onfido de vo bis i dn̄o qđ ni hil aliud ſapia tis, q̄ aūt cōtur bat vos porta bit iudiciū q̄cunqꝫ ē ille. Ego aūt frēs ſi circūciſionē adhuc p̄dico qđ adhuc ꝑſecutiōeꝫ pa tior. Ergo euacuatū ē ſcādalū crucis vtinā ⁊ abſcindant q̄ vos cōturbāt. Quicūqꝫ enim volūt placere i carne h cogūt vos circūcidi:tm̄ vt crucis xp̄i ꝑſecutōeꝫ nō patiāt. neqꝫ eni q̄ circūcidunt legē cuſtodiunt ſꝫ volūt vos circūcidi vt i car ne vr̄a glient. Mihi aūt ab ſit gl̄iari niſi in cruce dn̄i nr̄i ie ſu xp̄i p quē mihi mūdꝰ cruci fixꝰ ē ⁊ ego mūdo. ¶ Poſtilla ¶ Cōfido de vobis i dn̄o ⁊c. Galathe ſunt greci ⁊ iſti ſeducti erāt a via veritatis p falſos aplos q̄ p̄dicabāt ſimul circūciſionē cum euāgelio eſſe neceſſariā ad ſalutē. Et illos apls paulus in pn̄ti epl̄a reuocat ad viā veritatis dī. (frēs Cōfido de vob)Ly. ꝙ ad admoni tionē meā vos corrigatis(in dn̄o) .i. p adiutoriū dei(ꝙ nihil aliud ſa piatis)niſi vitatē euāgelij quā p̄ dicaui vob(q̄ aūt cōturbat vos). Ly. aſſerēdo ꝙ ſine circūciſiōe ſal uari n̄ poteritis(portabit iudiciū) Glo.i. ſuſtinebit cōdēnatiōeꝫ(q̄ cūqꝫ ē ille).i. q̄ntuſcūqꝫ ſit(ego aūt frēs ſi circūciſionē adhuc p̄di co)Ly. dicendo ꝙ neceſſaria ſit ad ſalutē(qđ adhuc ꝑſecutionē pati or).ſ. a iudeis. q. d. non paterer ſi ita eſſet qꝛ p nulla re ꝑſequūt me iudei niſi hac ō cauſa ⁊c.(ergo e uacuatū ē ſcādalū crucis).i. ſcāda lū quo iudei i mea p̄dicatiōe ſcan dalizabāt quia iudei non ſcādali zabantur de paulo p̄dicāte Jeſum nazarenū crucifixū fuiſſe:ſꝫ qꝛ p̄di cabat eū verū xp̄m eſſe ⁊ circūciſi onē euacuaſſe(vtinā abſcindant) Ly.i. totalr a vob ſeparēt(q̄ vos cōturbāt)dicentes ꝙ circūciſio ſit vob neceſſaria ad ſalutē (Quicū qꝫ eni volūt placere).ſ. iudeis(in carne).i. i legalibꝰ obſeruātijs(hi cogūt vos circūcidi)Ly.i. ad hoc vos iducūt(tm̄)ſupple hoc faciūt (vt crucis xp̄i ꝑſecutiōeꝫ). Glo.i. ꝑſecutionē q̄ pro p̄dicatiōe crucis xp̄i infert(nō patiant).ſ. a iudeis q̄ ꝑſeq̄bāt p̄dicatores crucis(neqꝫ eni q̄ circūcidūt)Ly.ſ. falſi apl̄i. (legē cuſtodiūt)qꝛ in multis trāſ grediebāt(ſꝫ volūt vos circūcidi vt i carne vr̄a glient).ſ. apō iude os de vr̄a circūciſiōe iactādo ſe ꝙ

educeret dñs filios isrl' de egypto: multos pselitos legis fecerũt.(mi hi aũt absit gl'iari nisi in cruce dñi nr̃i ihu xpi) Ly.i. in fide 7 pdicati one xpi crucifixi(p quē).i.xp̃3 cru cifixũ(mihi mũdꝰ crucifixꝰ ē). Ly. idest cõcupiscētia mundi est mor tua nullã virtutē hñs in me(7 ego mũdo) q2 ap̃liꝰ nihil mũdanũ q̃ro

In festo scti io.bap. Jsa.xlix.



Udite isule 7 at tēdite ppl'i de lõ ge.dñs ab vtero vocauit me:d vē tre mr̃is mee re cordatꝰ ē nois mei. Et posuit os meũ q̃si gladiũ acutũ:i vm bra manꝰ sue ptexit me:7 po suit me sicut sagittaz electã. in pharetra sua abscondit me: 7 dixit mihi.seruꝰ meꝰ es tu i isrl' q2 i te gloriabor. Et ego dixi.i uacuũ laboraui sine causa: et vane fortitudinē meã cõsũpsi ergo iudiciũ meũ cũ dño: 7 o pus meũ cũ deo meo. Et nũc di cit dñs:formãs me ex vtero ser uũ sibi. Ecce dedi te i lucē gen tiũ vt sis salꝰ mea vsq3 ad ex tremũ terre. Reges videbũt 7 cõsurgēt pncipes 7 adorabũt ppter dñ3 deũ tuũ 7 sctm̃ isrl' q̃ elegit te. ¶ Postilla.

¶ Audite isule 7 attēdite ppl'i 7c. Añ initiũ illiꝰ pphie hr̃: q2 cu3 aquã de petra pduxit eis i deserto:7 scidit petrã 7 fluxerũt aq. Nõ ē par ipsis dicit dñs. Lũc stati seq̃t pñs lectio q̃ pncipalr exponit de xp̃o (hec dicit dñs. Audite isule) Glo. or.sub isulaz noie alloq̃t dñs deꝰ in psona filij eccl'ias de gētibꝰ col lectas(7 attēdite ppl'i d lõge).i.ab extremis terre(dñs ab vtero voca uit me 7 de vẽtre mr̃is mee recor datꝰ ē nois mei) Ly.hoc dr̃ in pso na xpi bois de quo adhuc existēte i vtero mr̃is dixit dñs p ãgelũ suũ ad Joseph Math.j. Uocab nomē eiꝰ ihm̃. Jp̃e eni saluũ faciet pplm̃ suũ a pctis eoz.(7 posuit os meũ q̃si gladiũ acutũ) Ly.i quo notat efficatia verbi xpi ad extirpãdũ vi tia(in vmbra manꝰ sue).i. ptãtis sue(ptexit me)ñ eñ fuit captꝰ a iu deis:nisi qñ voluit 7 se spõte ob tulit.vt p3 ioh.xviij. Dixi voß q2 ego sũ:si ergo me q̃ritis:sinite hos abire(7 posuit me sicut sagittã ele ctã)in hebreo.hr̃ clarã.i.limatã.p hoc itelligit puritas 7 claritas do ctrine xpi(i pharetra sua).i.in sua puidētia(abscõdit me).i. vsq3 ad tēpꝰ reuelatiõis mee(7 dixit mihi s̃uꝰ meꝰ es tu)rõne hũitatis i q̃ ac cepit formã s̃ui:vt p3 Phil'.ij. Se metipm̃ exinaniuit formã s̃ui acci piēs(isrl')sic noiat xp̃s:q2 de po pulo israel natꝰ(q2 in te glorifica bor)per miracl'a diue ptãtis 7 ex cellētie demõstratiua(7 nunc dicit dñs formãs me ex vtero s̃uũ sibi) Ly.q2 ab istãti in incarnatiõe fuit diuinitꝰ corpꝰ xpi formatũ 7 aia

tum: ꝛ sic extūc perfectꝰ fuit xp̄us oibus sciētijs ꝛ carismatibꝰ (dedi te in lucē gētiū) Ly. ꝛ hoc p susceptionē luminis fidei (vt sis salꝰ mea) .i. a me missa ꝛ data (vsqꝫ ad extremū terre) Ly. ꝛ hoc mō dixit xp̄s aplis. Actuū .j. Eritis mihi testes in hierlm: ꝛ in oī iudea ꝛ samaria: ꝛ vsqꝫ ad vltimū terre. (Reges videbūt) Ly. mirabilia i virtute nominis xp̄i fiēda p aplos ꝛ per eoꝝ successores (ꝛ cōsurgent pncipes) ad statū fidei xp̄iane qd̄ maxie patuit tpe cōstātini (ꝛ adorabūt dn̄s deū tuū ꝛ sctm̄ isrl̄ .s. deū pieme (q elegit te) Ly .s. xp̄m hoiem ad op̄ redēptionis humane.

¶ In festo beatorum petri ꝛ pauli apostoloꝝ. Actuū .xij.



Misit Herodes rex manus vt affligeret quosdā de ecclia. Occidit aūt iacobuꝫ fr̄em ioānis gladio. Videns āt qꝛ placeret iudeis apposuit apprehēdere ꝛ petrū. Erāt autē dies azimoꝝ. Quē cū apprehēdisset misit i carcerē: tradēs eū quattuor quaterniōibꝰ militū custodiēdū volēs post pascha pducere eū pplo. Et petrꝰ qdē seruabat in carcere orō aūt fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deuꝫ pro eo.

¶ Cū aūt pducturꝰ eū esset herodes in ipā nocte erat petrꝰ dormiēs iter duos milites vinctꝰ cathenis duabꝰ ꝛ custodes ante ostiū custodiebāt carcerem. Et ecce angelꝰ dn̄i astitit ꝛ lumē refulsit in hītaculo pcussoqꝫ latere petri excitauit eū dicēs. Surge velociter: ꝛ ceciderunt cathene de manibꝰ eius. Dixit aūt angelꝰ ad eū: pcingere ꝛ calcia te caligas tuas: ꝛ fecit sic: ꝛ dixit ei. Circūda tibi vestimētū tuū ꝛ seqre me: ꝛ exiens seqbat euꝫ: ꝛ nesciebat qꝛ veruꝫ est qd̄ fiebat p angelum. Existimabat aūt se visū videre. Trāseuntes aūt pmā ꝛ scdam custodiaꝫ venerūt ad portā ferreā q̄ ducit ad ciuitatem q̄ vltro apta est eis: ꝛ exeuntes pcesserūt vicū vnū. Et cōtinuo discessit ab eo angelꝰ ꝛ petrus ad se reuersus dixit: nūc scio vere: qꝛ misit dn̄s angelū suum: ꝛ eripuit me de manu herodis ꝛ de oī expectatione plebis iudeoꝝ. ¶ Postilla

¶ Misit herodes rex manus vt affligeret ꝛc. Añ initiū illius lectionis scribit sctus lucas qꝫ sanctus paulus ꝛ sctus barnabas pdicauerūt in anthiochia p itegruꝫ

annū ⁊ docuerūt multā turbā: ita
vt cognomiarent primū antbio-
chie discipli xpiani. Ly. Ante eniʒ
credētes in xpm vocabant tm̄ dis
cipuli: sʒ tūc ceperūt noiari xpia-
ni a xpo. In his aūt dieb⁹ supaue
nerūt ab hierosolymis prophete
antichochiā: ⁊ surgēs vnus ex eis
noie agab⁹ significabat p spm̄ sā-
ctū famē magnā futurā in vniuer
so orbe terrāꝝ. Que fctā sub clau
dio cesare. Discipli aūt put q̄sqʒ
hēbat pposuerūt singuli in mini
steriū eoꝝ mittere hītātib⁹ in iu-
dea fribus. Ly. fuerāt eni bonis
tpalib⁹ spoliati i psecutiōe q̄ mo-
ta fuit in morte stephani ppt q̄d
īdigebāt ab aliis credētib⁹ auxilia
ri maxie tpe famis. Q̄d ⁊ fecerunt
mittētes ad seniores. s. curā multi-
tudinis hn̄tes p man⁹ barnabe ⁊
pauli. Tūc statim seq̄t pn̄s lectio
(In dieb⁹ illis. Misit herodes rex)
Pro ītellectu lr̄e sciēdū q̄ tres fue
rūt herodes in iudea de q̄b⁹ scrip
tura facit mētionē. Prim⁹ fuit he-
rodes ascalonita: ⁊ iste fuit īstitu-
tus rex iudee a romanis cuius pr̄
fuit ydume⁹. Et tpe isti⁹ herodis
nat⁹ ē xpus: ⁊ iste herodes occidit
pueros īnocētes. vt hr̄ Math. ii.
Scd̄s vocat⁹ fuit herodes antipas
Et iste decollauit iohēm baptistā
Terti⁹ vocat⁹ fuit agrippa ⁊ lʒ iste
in pn̄cipio fuerit paup: tn̄ postea
fauētib⁹ sibi duobus īpatorib⁹ ro
manis. s. gayo ⁊ claudio fuit eleua
tus ad regnū. Et iste de roma veni
ens in iudeā honorifice valde fuit
recept⁹ a iudeis. ppter q̄d in fauo
rē eoꝝ occidit iacobū frēm iohis
⁊ īcarcerauit petrū. Un̄ vsus. As-
calonita necat pueros: antipas io
hānē. Agrippa iacobū: claudēs ī
carcere petrū. Et hoc est q̄d dr̄ in
pn̄cipio pn̄tis lectiōis. (In dibus
illis. Misit herodes rex man⁹). i.
ptātē suā (vt affligeret quosdā de
ecclia) supple credētiū (occidit aūt
iacobū frēm iohis gladio) nō solū
xpianos afflixit: sʒ ēt occidit (videñs
aūt: q̄ placeret iudeis). s. occisio
iacobi (apposuit apphēdere ⁊ pe
trū) Glo. or. q̄ plus placeret iude
is si pnceps occideret (erat āt dies
azimoꝝ) Ly. qn̄ apphēdit petrū. ⁊
hoc addit ad significandū cām q̄
re nō statim occidit petrū sic fece-
rat de iacobo. volebat eni expec-
tare trāsitū solēnitatis paschalis ī
q̄ iudei septē dieb⁹ vescūt panib⁹
azimoꝝ. ⁊ ēt q̄ nō licebat ī pasca
quēq̄ occidere (quē cū apphēdis-
set misit in carcerē). Ly. ne posset
effugere (tradēs eū q̄ttuor q̄ternio
nibus militū custodiēdū) dr̄ aūt q̄
ternio q̄ hʒ q̄ttuor milites sub se
sic cēturio q̄ hʒ cētū. (volēs post
pascha pducere eū pplo). i. expo-
nere morti p volūtate ppli (⁊ pe-
tr⁹ q̄dē suabat ī carcere. (Oro āt
fiebat sine ītermissiōe ab ecclia ad
deū p eo) Ly. vt xps adhuc ī vita
suaret suū vicariū (cū aūt pductu
rus eū esset herodes). s. de carcere
vt occideret (in ipa nocte) īmedia
te pcedēte (erat petr⁹ dormiēs īter
duos milites vinct⁹ cathenis dua

bus ꝛ custodes añ ostiū custodie bāt carcerē). Ly. petr⁹ ita custoditus fuit ꝙ ñ patebat ei euasio via hūana: sꝫ qꝛ deficiēte hūano subsidio solet adesse diuinū: ió subdit (ꝛ ecce āgel⁹ dñi astitit) ad petri liberationē (ꝛ lumē refulsit in hitaclo carceris). s. ad ei⁹ cōsolatióēȝ (pcussoqꝫ latere petri excitauit eū dicēs Surge velocit̄ ꝛ ceciderūt cathene de manib⁹ ei⁹. dixit aūt angelus ad eū p̄cingere) Ly. vt sis apt⁹ ad ābulandū. Resoluerat eni petr⁹ cingulū suū vt vestis posset pedes cooperire cōtra fragilitatē carceris (et calcia te caligas tuas) Ly. est aūt caliga gen⁹ calciamēti nō hñs coriū sup pedes (ꝛ fecit sic: ꝛ dixit illi circūda tibi vestimētū tuū ꝛ seq̄re me: ꝛ exiēs seq̄bat̄ eū: ꝛ nesciebat qꝛ verū est ꝙ fiebat p angelū estimabat aūt se visū videre) Ly. fortitudo eni carceris ꝛ diligēs custodia fecerant sibi ymaginationē de euadēdi ipotētia ppt̄ qȯ rē gestā sōniū estimabat (trāseūtes aūt primā) Glo. or. pmū q̄ternionē cū suis (ꝛ scōȝ custodiā). i. scōȝ q̄ternionē cū suis. q̄ oēs erāt opsīti sōno (venerūt ad portā ferreā) Ly. erat exterior porta carceris (q̄ ducit ad ciuitatē q̄ vltra apta ē eis) virtute diua vł angelica (Et exeūtes pcesserūt vicū vnū) ad maiorē petri securationē (ꝛ cōtinuo discessit ab eo angel⁹) subito disparēdo (ꝛ petrus ad se reuersus dixit: nūc scio vere: qꝛ misit dñs angelū suū ꝛ eripuit me de manu herodis ꝛ de oi expectatiōe pleb̄ iudeoȝ). Ly. tūc ei p̄cepit ꝙ ñ erat sōniū s̄ʒ rei gesta

¶ In festo visitatiōis virgis marie. Cati. ij.



Ecce iste vēit saliēs i mōtib⁹ trāsiliēs colles. Similis ē dilectus me⁹ capree hinnuloqꝫ ceruoȝ. En ip̄e stat p⁹ parietē nr̄m respiciēs per fenestras p̄spiciēs p cācellos. En dilect⁹ me⁹ loq̄t̄ mihi. Surge ppera amica mea colūba mā formosa mea ꝛ veni. Iā enim hyems transijt ymber abijt ꝛ recessit. Flores appuerūt i terra nr̄a tp̄s putatiōis aduenit. Uox turturis audita ē i terra nr̄a. Fic⁹ ptulit grossos suos vinee florētes dederūt odoreȝ suū Surge ppera amica mea speciosa mea ꝛ veni: columba mea in foraminib⁹ petre in cauerna maceriē. Oñde mihi faciē tuā. Sonet vox tua i auri b⁹ meis. Uox eni tua dulcis ꝛ facies tua decora. ¶ Postilla

¶ Ecce iste venit saliēs i mōtibus ꝛc. Añ initiū illi⁹ lcōnis hr̄ in eodē. c. Leua eius sub capite meo ꝛ dextera illius āplexabit me. Lūc seq̄t̄ p̄ns ep̄la. (Ecce iste venit saliēs i mōtib⁹ trāsiliēs colles) Glo.

de sinu pr̄is in vtero virgis in p̄se piū: de p̄sepio in mūdū: de mūdo in patibulū: de patibulo in sepulchro ecōuerso in mundū. ⁊ de mūdo ad p̄is dexterā (silis ē dilectus me⁹ capree) ꝓpter visū acutū: qꝛ tm̄ acumē h3 in videdo ꝙ a remotis videt venatorē venientē ⁊ loca alta ascēdit: ⁊ a venatore nō videt sed venatorē videt. Sic sp̄ualr de⁹ cuncta videt. vt habet' heb. iiij. Oīa nuda sunt ⁊ apta oculis eius. (hinnuloqꝫ ceruoꝝ). i. fetui cerui vel capree ꝓpter velocitatē. hinnulus eni se cornib⁹ nō potest defendere: ⁊ ideo fugit insequētes ꝙ diu potest (En ipe stat post pariete nr̄m). i. carnē assūmēdo: diuinitas eni latet in hūanitate (respiciens per fenestrā). i. per ap̄los illuminātes ecclesiā. sicut per fenestraz radius solis illuminat domū sic xp̄s per ap̄los ecclesiā illuminauit (ꝓspiciēs). i. de lōge aspiciēs (per cācellos). i. per p̄iarchas ecclesiā illuminādo. Sicut per foramen magnū trāsit magnū lumē: ⁊ per puū foramē paruū lumē transit: sic per ap̄los sicut ꝑ fenestras magnas magnū lumen in ecclesia luxit: ꝑ p̄iarchas parū de lumine trāsit: sicut per pua foramia que cācelli dicunt'. sunt eni cācelli pua foramina in fenestra virgulata ꝑ virgas cācellatas per quas modicum de lumine transit. (En dilect⁹ meus) idest xp̄s (loquit' mihi. Surge). s. ab ocio (ꝓpera) quia via in qua es piculosa ē (amica mea).

per charitatis latitudinē (colūba mea) per intentiōis rectitudinem. (formosa mea) per moꝝ honestatem (⁊ veni). s. in tuā recreationez (Iā eni hyems trāsijt). i. cōgelatio paganoꝝ nolentiū fidez recipere (hymber abijt ⁊ recessit). i. tyrānoꝝ ꝑsecutio (flores apparuerūt). i. odores bonoꝝ opeꝝ (i terra nr̄a) idest in ecclīa (tp̄s putatiōis aduenit). i. tp̄s ad resecandū vitia (vox turturis). i. sp̄ūsscti (audita est in terra nr̄a). i. in cordib⁹ electoꝝ: qꝛ sicut turtur in occulto cantat ⁊ in cantu gemit: sp̄ūssct̄us occulta reuelat ⁊ aiam in qua habitat gemere facit per penitētiā (ficus ꝓtulit grossos suos) ficus eni p̄mo fert fructus inutiles. scd̄o vero vtiles ⁊ maturos: sic sil' synagoga p̄mo ꝓtulit fruct⁹ imaturos ⁊ inutiles. De inde xp̄m ⁊ ap̄los tanꝙ fruct⁹ maturos ⁊ vtiles nobis ministrauit. (vinee florētes). i. ecclie pticulares virtutib⁹ suis (dederūt odorē suū. Surge ꝓpera amica mea: specio sa mea: ⁊ veni colūba mea in foraminibus petre). i. xp̄i vulneribus (in cauerna macerie). i. lateris xp̄i vulnerē (ondē mihi faciē tuā). i. cōuersatiōnē tuā nō alienā sicut ypocrite (sonet vox tua). i. p̄dicatio tua (in aurib⁹ meis). s. honorē meum (vox eni tua dulcis). i. p̄dicatio tua (⁊ facies tua decora). s. qn̄ predicationi correspondet vita.

¶ In festo beate marie magdalene. Prouerbioꝝ. xxxj.



